ſent.In cõparanda ĩpigre claſſe.C.Liuium p̄torem contẽtio orta : cũ colõis maritimis puliſꝑ tenuit : nã cũ cogerent̃ ĩ Claſſem:tribunos plebis appellarũt:ab iis ad ſenatũ reiecti ſunt:ſenatus ita:ut ad unũ oẽs cõſentirẽt decreuit uacationẽ rei naualis eis colõis nõ eẽ.Ena:& frigẽa:& caſtꝝ nouũ:& Pyrgi:& Antiũ & Tarracina:& Miturnæ:& Sinueſſæ fuerũt:q̃ cũ p̄tore de uacatione certauerũt. Conſul deĩde.M.Attilius ex.S.C.ad collegiũ fœcialiũ rettulit:ipſi ne utiq́ꝫ regi Antiocho ĩdiceret̃ bellum : an ſatis eẽt ad p̄ſidiũ aliq̃d eius nunciare & num ætolis quoq́ꝫ ſepatim ĩdici iuberent bellum:& num prius ſocietas eis & amicitia renũciãda eſſet:q̃ bellum ĩdicendum.Fœciales reſpõderunt iam ante ſeſe: cum de Philippo cõſulerent̃:hæc decreſſe:nihil referre ipſi coram an p̄ſidio nũciaret̃:amicitiam renũciatam uideri cum legatis totiens repentibus res:nec reddi:nec ſatis fieri æquum cenſuiſſent ætolos ultro ſibi bellum indixiſſe cum Demetriadem ſociorum urbem ꝑinde occupaſſent.Chalcidem terra mariq́ꝫ oppugnatum iſſent regem Antiochum in Europam ad bellum Po.Ro.ĩferendum traduxiſſent.Omnibus iam ſatis comparatis.M.Attilius conſul edixit:ut quos.L.Quĩtius milites cõſcripſiſſet:& quos ſociis nominiq́ꝫ latino imperaſſet:quos ſecum in prouĩciam ire oporteret tribunos militum legionis primæ & tertiæ: uti oẽs Brunduſium idibus maiis conuenirẽt:ipſe ad q̃ntum nonas maias paludatus urbe egreſſus ẽ.

Per eoſdẽ dies & p̄tores in ꝓuincias ꝓfecti ſunt.Sub idem tp̃s legati ab duobus legibus Philippo &

Ptolemæo ægypti rege Romá uenerũt:pollicẽtes ad bellũ auxilia:&pecuniá:& frumẽtũ ab Ptolemæo
& mille pondo auri mille.xx.pondo argẽti allata.Nihil eſt acceptum:gratiæ regibus actæ:& cũ uterꝙ
ſe cũ oĩbus copiis in Aetoliá uenturꝝ belloꝙ ĩterfuturꝝ polliceret̃:Ptolemæo id remiſſum: Philippi le/
gatis reſponſum gratũ eũ ſenatui Po.ꝙ Ro.facturꝝ ſi.M. Attilio cõſuli nõ defuiſſet.Itẽ ab carthaginẽſi
bus & Maſiniſſa rege legati uenerunt:carthaginẽſes tritici modiũ mille ordei qngenta millia ad exerci
tum dimidiũ eius Romá apportaturos polliciti ſunt.Id ut ab ſe munus romani acciperent:petere ſe &
claſſem ſuoꝝ ſuo ſumptu cõparaturos:& ſtipẽdium qđ pluribus pẽſionibus in multos annos deberẽt
p̃ſens oẽ daturos.Maſiniſſæ legati qngẽtamillia modiũ tritici:trecẽta ordei ad exercitũ in Græciá:Ro/
má trecẽtamillia modiũ tritici.cc.qnquaginta ordei eqtes qngẽtos:elephãtos.xx. regẽ ad.M. Attilium
cõſulem miſſurꝝ.De frumẽto utriſꝙ reſponſum ita uſurꝝ Po.Ro.eo:ſi p̃tiũ acciperet de claſſe cartha/
ginẽſibus remiſſum p̃terq̃ ſiqd nauiũ ex fœdere deberẽt:de pecũia itẽ reſpõſum nullá ante diẽ acceptu
ros.Cũ hæc Romæ agebant̃:Chalcide Antiochus ne ceſſaret ꝑ hybernoꝝ tp̃s:partim ipſe ſollicitabat
ciuitatũ aĩos mittẽdis legatis:partĩ ultro ad eũ ueniebãt:ſicut epirotæ oõmuni gẽtis cõſenſu & pelæi &
pelopõnẽſes uenerũt.Pelæi auxiliũ aduerſus achæos petebãt:quos poſt bellũ nõ ex ſua ſnĩa ĩdictũ An/
tiocho primũ ciuitati ſuæ arma illaturos credebãt.mille iis pedites cũ duce cretẽſi Euphane ſunt miſſi
Epirotaꝝ legatio erat minime ĩ partem ullam liberi aut ſimplicis animi:apud regem gratiam initam
uolebant cum eo ut cauerẽt:neqd offenderẽt romanos petebant enim:ne ſe temere in cám deduceret:
expoſitos aduerſus Italiam ꝓ omni Græcia:& primos impetus romanoꝝ excepturos:ſed ſi ipẽ poſſet
terreſtribus naualibuſꝙ copiis p̃ſidere Epiro:cupide eum oẽs epirotas & urbibus & portubus ſuis ac/
cepturos:ſi id nõ poſſet:deprecari ne ſe nudos atꝙ inermes.Romano bello obiiceret.Hac legatione ap
parebat:ut ſicut ſiqd magis credebant:abſtinuiſſet:Epiro ĩtegra ſibi oĩa apud exercitus romanos eẽnt
conciliata ſatis apud regem gratia:quod accepturi fuiſſent: uenientem: ſi ueniſſet ſic quoꝙ ſpes ueniæ
ab romanis foret quod nõ expectato longĩquo ab ſe auxilio p̃ſentis uiribus ſuccubiſſent. Huic tam ꝑ/
plexæ legationi:qa non ſatis in promptu erat:qd reſponderet legatos ſe miſſurꝝ ad eos dixit:q de iis:q̃
ad illos ſeꝙ cõmuniter ꝑtinerent:loquerent̃:in Boetiam ipſe profectus eſt:cauſas ĩ ſpeciem iræ aduer/
ſus romanos eas:q̃s ante dixi:habẽtem Brachilli necẽ:& bellum a Quĩtio Coneæ ꝑꝑ romanoꝝ mili/
tum cædes illa tũ.re reuera ꝑ multa iá ſæcula publice priuatimꝙ labãte egregia quõdá diſciplina gẽtis
& multoꝝ eo ſtatu: q diuturnus eẽ ſine mutatiõe reꝝ nõ poſſet:obuiá effuſis undiꝙ Boetiæ prĩcipi/
bus Thebas uenit.Ibi ĩ cõcilio gentis q̃q & ad Elium ĩpetu ĩ p̃ſidiũ.Ro.facto:& ad Chalcidẽ cõmiſerat:
nec a puis:nec dubiis prĩcipiis bellum:tamẽ eadẽ oratione exorſus:qua ĩ colloqo prĩo ad Chalcidẽ: q̃ꝙ
ad legatos ĩ concilio achæoꝝ uſus erat:ut amicitiá ſecum ĩſtitui non bellum ĩdici romanis poſtularet:
neminẽ:qđ ageretur:fallebat:decretũ tamẽ ſub leui uerboꝝ p̃textu ꝓ rege aduerſus romanos factũ eſt.
Hac quoꝙ gente adiuncta Chalcidẽ regreſſus:p̃miſſis ĩde litteris : ut Demetriadẽ continerẽt prĩcipes
ætoloꝝ:cum qbus de ſumma reꝝ deliberaret:nauibus eo ad diẽ ĩdictá concilio uenit:& Aminander ac
citus ad cõſultandum ex Athamania & Annibale pœnus iádiu non adhibitus interfuit ei concilio.Con
ſultatũ de theſſaloꝝ gente ẽ:quorũ oĩbus:q aderãt uoluntatis tẽptanda uidebat̃:ĩ eo mõ diuerſæ ſnĩæ
erant:qđ alii extẽplo agẽdum:alii ex hyeme:q̃ tunc ferme media erat:differendum ĩ ueris prĩcipium:&
alii legatos tantũmodo mittẽdos:alii cum oĩbus copiis eundum cẽſcebant terrẽdoſꝙ metu:ſi cũctarẽt̃
Cum circa hanc fere conſultationẽ diſceptatio oĩs uerteret̃. Annibal noĩatim ĩterrogatus ſnĩam in uni
uerſi belli cogitationẽ regẽ atꝙ omnes eos:q aderant:tali oratione auertit . Si ex quo traiecimus ĩ Græ
ciam adhibitus eẽm ĩ conſilium:cum de Euboea:deꝙ achæis: de Boetia agebat̃ eadẽ ſnĩam dixiſſem:
q̃ hodie:cũ de theſſalis agit̃:dicá.Ante oĩa Philippũ & macedonas belli ĩ ſocietatẽ quacunꝙ ratione cẽ/
ſeo deducẽdos eẽ:nam quod ad Euboeá boetios theſſaloſꝙ attinet:cui dubiũ eſt:quin cũ utriſꝙ nullæ
ſuæ uires ſint:p̃ſentibus aduládo ſemꝑ quẽ metũ ĩ concilio habeant:eodẽ ad ĩperádum ueniam utant̃:
ſimul ac romanũ exercitum ĩ Græcia uiderit:ad conſuetũ ĩperium ſe auertant:nec iis noxiæ futuꝝ ſit:
qđ cũ romani ꝓcul abeſſent:uim tuam p̃ſentis exercituſꝙ tui expiri noluerit: Quanto igitur prius po
tiuſꝙ eſt Philippum nobis coniungere q hos:cui ſi ſemel ĩ cám deſcenderit ; nihil ĩtegrum futurum ſit
quiꝙ eas uires afferat:q nõ acceſſio tantum ad romanũ eẽ bellum:ſed ꝑ ſe ipſæ nuꝑ ſuſtinere potuerint
Anniba lis ſnĩa de totiꝰ belli ſumma
romanos.Hoc ergo adiuncto(abſit uerbo ĩuidia)qd dubitare de euentu poſſim: cum quibus aduerſus
Philippum ualuerit romani iis nunc fore uideá:ut ipſi oppugnent̃. Aetoli:q Philippum : quod ĩter oẽs
conſtat:uicerunt:cum Philippo:aduerſus.Ro.pugnabunt. Aminander atꝙ athamanũ gẽs:quoꝝ ſecũ/
dum ætolos plurima fuit opa:ĩ eo bello nobiſcũ ſtabunt.Philippus tum te quieto totá molem ſuſtine/
bat belli: nũc duo maximi reges Aſiæ Europæꝙ uiribus aduerſus unũ populum:ut iá utráꝙ fortuná
taceá: patrum certe ætate ne uni qdem epirotaꝝ regi parẽ:quicquid tádem erit uobiſcũ comparatũ:ge
retis bellũ:quæ igit̃ res mihi fiduciam p̃bet coniũgi nobis Philippũ poſſe: una cõis utilitas: q̃ ſocietatis
maximũ uĩculũ ẽ:altera auctores uos ætoli: ueſter.n.legatus hic Thoas ĩter cætera: quæ ad exciẽdum ĩ
Græciá Antiochũ dicere eſt ſolitus:ante oĩa hæc ſꝑ affirmauit fremere Philippũ:& ægre pati ſub ſpecie
pacis leges ſeruitutis ſibi ĩpoſitas : ille qdem ut feræ beſtiæ uinctæ aut clauſæ:& refringere clauſtra cu/
piẽtes regis iram uerbis æquabat:cuius ſi talis aĩus eſt:ſoluamus nos eius uĩcula & clauſtra refrĩgamus
ut erũpere diu coercita ira in hoſtes cões poſſit.Quod ſi nihil eum legatio nr̃a mouerit:at nos quoniá
nobis eũ adiũgere nõ poſſumus ne hoſtibus noſtris ille adiungi poſſit : caueamus Seleucus filius tuus
Lyſimachiæ ẽ:q ſi eo exercitu:quẽ ſecum hẽt:ꝑ Thraciá proxima Macedoniæ cœpit depopulari: facile

Atende ꝙ& q̃ta undiꝙ ro.oblata

Elei magis placet quia Elis & Meſſene extra cõciliũ achæorũ tum fuere ſed uide an pelenei legi poſſit

Bellio/ones in ora Mace/doniæ ĩ Italiam obuer/ſa

ab auxilio ferẽdo romanis Philippũ ad ſua potiſſimum tuenda auertet. De Philippo meã ſnĩam habes de rõne uniuerſi belli qd ſentirẽ: iam ab initio non ignoraſti: qđ ſi tum auditus forem non ĩ Euboeã: Chalcidẽ captã: & caſtellũ Euripi expugnatũ romani: ſed Ethruriã ligurumq̧ & Galliæ ciſalpinæ orã bello ardere: & q maximus iis terror eſt. Annibalẽ ĩ Italia eſſe audirent. Nunc quoq̧ accerſas cenſeo oĩs nauales terreſtreſq̧ copias: ſequanť claſſem onerariæ cũ commeatibus: nã hic ſicut ad belli mũera pau/ci ſumus: ſic nimis multi pro iopia commeatuum. Cum oĩs tuas cõtraxeris uires: diuiſam claſſem ptĩ Corcyre ĩ ſtatione habebis: ne tranſitus romanis liber ac tutus pateat: partĩ ad littus Italiæ: qđ Sardiniã africãq̧ ſpectat: traiicies: ipe cũ oĩbus terreſtribus copiis ĩ billinũ agꝝ ꝓcedes: ide græcie p̃ſidebis: & ſpeciem romanis traiecturum te præbebis: & ſi res popoſcerit traiecturus. Hæc ſuadeo q ut non oĩs peri/tiſſimis ſum belli: cum romanis certe bellare bonis maliſq̧ meis didici: in quæ conſilium dedi: in eadẽ nec infidelem: nec ſegnem operam polliceor. Dii approbẽt eam ſentẽtiam: quæ tibi optima uiſa fuerit.

Hæc ferme Annibalis oratio fuit q̃ laudarũt magis ĩ p̃ſentia: q aderãt: q̃ rebus ipſis executi ſunt: ni/hil. n. eoꝝ ẽ factũ: niſi qđ ad claſſem copiaſq̧ accerſendas ex Aſia Polyxenidã miſit. Legati Lariſſam ad cõciliũ theſſaloꝝ ſunt miſſi: & ætolis Aminãdroq̧ dies ad cõueniẽdum exercitui Pheras eſt dictus: eodẽ & rex cũ ſuis copiis cõfeſtim uenit: ubi dũ opperiť Aminãdrũ atq̧ ætolos Philippũ megalopolitanũ

Cyno/cephale

cũ duobuſmillibus hoĩum ad legenda oſſa macedonũ circa Cynocephalas: ubi debellatũ erat cũ Philip/po: miſit: ſiue ab ipo q̃rente ſibi cõmendationẽ ad macedonũ gentẽ: & ĩuidiã regi qđ inſepultos milites reliqſſet monitus: ſiue ab ĩſita regibus uanitate ad cõſiliũ ſpecie amplũ re inane aĩo adiecto. Tumulus ẽ in unũ oſſibus: q̃ paſſim ſtrata erãt: coaceruatis factus: q nullã gratiã ad macedonas: odiũ ĩgens ad Phi/lippũ mouit. Itaq̧ q ad id tps fortunã eẽt in cõſilio habiturus: is extẽplo ad. M. Bebiũ ꝓprætorem miſit Antiochũ ĩ Theſſaliã ĩpetũ feciſſe: ſi uidereť ei: moueret ex hybernis ſe obuiã ꝓceſſuꝝ: ut qd agẽdũ eẽt: conſultarent. Antiocho ac Pheras iam caſtra habẽti ubi coniunxerant ei ſe ætoli & Amynander legati ab Lariſſa uenerunt querentes: quod ob factum dictumue theſſalorum bello laceſſeret eos: ſimul oran/tes: ut remoto exercitu per legatos: ſiqd ei uidereť: ſecum diſceptaret. Eodem tempore qngentos arma/tos duce Hippolocho Pheras ĩ præſidium miſerunt. Hi excluſi aditu iam omnia itinera obſidẽtibus re/giis Scotuſam ſe receperunt. Legatis lariſſæoꝝ rex clementer reſpondit: non belli faciendi ſed tuẽdæ & ſtabiliendæ libertatis theſſalorum cauſa Theſſaliam intraſſe. Similia his: qui cum Phereis ageret: miſ/ſus: cui nullo dato reſponſo pheræi ipſi ſuum legatũ ad regẽ pricipẽ ciuitatis Pauſaniam miſerunt: qui cum haud diſſimilia his ut in cauſa pari: quæ pro chalcidẽſibus in colloqo ad Euripi fretum dicta erãt: q̃dam ẽt ferocius egiſſet: rex ẽt atq̧ ẽt deliberare eos iuſſos ne id conſilii caperent: cuius dum ĩ futurum minus cauti & ꝓuidi eẽnt: extẽplo poeniteret: dimiſit. Hæc renũciata Pheras legatio cũ eẽt: ne paulũ q/dem dubitarunt: quin pro fide erga romanos: quicquid ſors belli tuliſſet: paterentur: itaq̧ & hi ſumma ope parabant ſe ad urbem defendendam: & ex omñi parte ſimul oppugnare moenia eſt aggreſſus: & ut qui ſatis intelligeret: neq̧ enim dubium erat: in euentu eius urbis poſitum eſſẽ: quam primam aggreſ/ſus eſſet: aut ſpni deinde ab uniuerſa gente theſſalorum aut timeri: ſic oẽm undiq̧ terrorẽ obſeſſis inie/cit. Primũ ĩpetum oppugnatiõis ſatis conſtanter ſuſtinuerũt: deĩde cũ multi propugnantes caderẽt: aut uulnerarentur: labare animi coepere: reuocati deĩde caſtigatione pricipum ad perſeuerandum ĩ propo/

Phereorũ deditio

ſito: relicto exteriore circulo muri deficiẽtibus iam copiis ĩ iteriorem partẽ urbis conceſſerunt: cui bre/uior orbis munitiõis circũiectus erat: poſtremo uicti malis cũ timerẽt: ne ui captis nulla apud uictorẽ uenia eẽt: dediderunt ſeſe. Nihil deĩde moratus rex. iiii. millia armatorum: dum recẽs terror eẽt. Sco/

Vide ne atracẽ ſit legẽ/dũ po/tiꝰ q̃ ad regẽ ex q̃ lectione nihil ſeqtur

tuſam miſit: nec ibi mora dedicionis ẽ: facta cernẽtibus pheræoꝝ recẽs exẽplum: q qđ ꝑtinaciter prio abnuerãt: malo domiti tandẽ feciſſent: cum ipſa urbe Hippolochus lariſſeorumq̧ deditum eſt p̃ſidiũ: dimiſſi ab rege ĩuiolati omnes: quod eam rem magni momenti futuram rex ad conciliandos lariſſæo/rum aĩos credebat: ĩtra decimum diẽ q̃ Pheras uenerat. His perfectis Cramonẽ cum toto exercitu prio aduentu coepit: ĩde Cierũ & metropoli & iis circuniecta caſtella recipit: oĩaq̧ iam regiõis eius p̃ter Ar/regem & Cyrnonẽ ĩ poteſtate erant. Tum aggredi Lariſſam conſtituit ratus uel terrore cæterarum ex/pugnatarum: uel beneficio p̃ſidii dimiſſi: uel exẽplo tot ciuitatũ dedẽtium ſeſe nõ ultra ĩ ꝑtinacia man/ſuros: elephantis agi ante ſigna terroris cã iuſſis quadrato agmĩe ad urbem ĩceſſit: ut incerti fluctuaren/

Ptole/meus Chyre/tias ſcribit & nõ cyrechias & gõnos & nõ connos

tur animi magnæ partis lariſſæoꝝ ĩter metum p̃ſentẽ hoſtium & uerecundiam abſentium ſociorum. Per eoſdẽ dies Aminander cum athamanum iuuẽtute occupat Pellineum: & Menippus cũ tribuſmil/libus peditũ ætolorum: & ducẽtis equitibus ĩ Perrhebiam profectus Malleolã: & Cyrechias ui coepit: depopulatuſq̧ ẽ agrũ tripolitanum. His rapti peractis Lariſſam ad regẽ redeunt: conſultãti quid nam agendũ eẽt de Lariſſa: ſupuenerunt. Ibi ĩ diuerſum ſentẽtiæ tẽdebant: aliis uim adhibẽdam & non diſ/ferẽdum cẽſentibus: qn operibus ad machinis ſimul undiq̧ moenia aggrederentur urbis ſitæ ĩ plano a parte campeſtri undiq̧ aditu: aliis nũc uires urbis nequaq Phereis conferendæ memorantibus: nunc hyemẽ: & tps anni nulli bellicæ rei minime obſidioni urbium aptum: incerto regi inter ſpẽ metumq̧ legati a Pharſalo: qui ad dedendum urbem ſuã forte uenerant: aĩos auxerunt. M. Bebius ĩterim cũ Phi/lippo in Claſſaretis cõgreſſus Appium Claudium ex cõi cõſilio ad p̃ſidium Lariſſæ miſit: q p Macedo/

Quid tempe ſint

niam magnis itineribus in iugum montiũ: qđ ſup Cõnos ẽ: ꝑuenit. Oppidum Cõni. xxx. millia ab La/riſſa abeſt in ipſis faucibus ſaltus: q̃ tempe appellantur: ſitum: ubi caſtramoetatus latius: q̃ quod ſatis in uſum erãt: ignes cũ accẽdiſſet: ſpẽm: q̃ quæſierat: hoſti fecit: oẽm ibi romanũ exercitum cum rege Phi/lippo eſſe. Itaq̧ hyemẽ ĩſtare apud ſuos cauſatus rex: unum tãtum moratus diem ab Lariſſa receſſit ad

Demetriadē:ætoliq́ꝫ & athamanes in ſuos receperunt ſe fines. Appius:& ſi cuius rei gratia miſſus erat:
ſolutam cernebat obſidionē:tamen Lariſſam ad confirmandos in reliquum ſocioꝝ animos daſcendit:
duplexq́ꝫ lætícia erat:qđ & hoſtes exceſſerant finibus:& intra mœnia præſidium romanum cernebāt.
Rex Chalcidem a Demetriade ꝓfectus amore captus uirginis chalcidenſis Deoptolemei filiæ dū pa
trem primo ablegando:deinde coram ipſe rogando fatigaſſet: īuitum ſe grauiori fortunæ cōdicioniq́ꝫ
illigantē:tandē impetrata re tāquam in media pace nuptias celebrat:& reliquum hyemis oblitus:q̄s tū
ſimul duas res ſuſcepiſſet bellum romanū & Græciā liberandā:omiſſa omniū reꝝ cura in conuiuiis &
uinū ſequētibus uoluptatibus:ac deīde ex fatigatiōe magis:q̄ ſacietate eaꝝ in ſomno traduxit. Eodem
omnis p̄fectos regios:q ubiq́ꝫ ad Boetiā maxime p̄poſiti hybernis erāt:cepit luxuria:ī eadem & milites
effuſi ſunt:nec q̄ſq̄ eoꝝ aut arma īduit:aut ſtationē:aut uigilias ſeruauit:aut qcq̄:quod militaris operis
aut muneris eēt:fecit. Itaq́ꝫ pricipio ueris cū p Phocidē Cheroneā:quo cōuenire oēm undiq́ꝫ exercitum
iuſſerat:ueniſſet:facile animaduertit nihilo ſeueriore diſciplīa milites q̄ ducē hybernaſſe. Alexādrū īde
acarnanē:& Menippū macedonem magiſtratum Aetoliæ copias ducere iubet: ipſe Delphis ſacrificio
Apollinis facto Naupactum proceſſit:cōcilio pricipum Aetoliæ habito uiam:quæ p̄ter Chalcidē & Ly
ſimachiam fert ad ſtratum:ſuis:q p maliacum ſignū ueniebant:occurrit. Ibi Manſilochus priceps acar⁄
nanum multis emptus donis nō ipſe ſolum gētem regi conciliabat:ſed Clytū etiā p̄torem:penes quem
tum ſumma poteſtas erat:ī ſuam ſniam adduxerat. Is cum leucadios:quod Acarnaniæ caput ē:non fa⁄
cile ad defectionem poſſe:cerneret impelli:pp metum romanæ claſſis:quæ cū Attilio:quæue circa Ce⁄
phaleniam erat:arte eos ē aggreſſus:nam cū ī cōſilio dixiſſet tuēda mediterranea Acarnaniæ eſſe: & oī⁄
bus q arma ferrēt exeundū ad Medionē & Tyrrheum:ne ab Antiocho aut ætolis occuparentur: fuere:
dicerent nihil attinere oīs tumultus concitari:ſatis eē qngētoꝝ hominū p̄ſidium:eam iuuētutē nactus
ccc. Medione. cc. Tyrrhei in p̄ſidio poſitis:id agebat:ut ꝓ obſidibus futuri uenirēt ī poteſtatē regis. Per
eoſdem dies legati regis Medionem uenerūt:quibus auditis:cum in cōciōe qd nam reſpondendum re⁄
gi eſſet:conſultaretur:& alii manendum in romana ſocietate:alii nō aſpernandam amicitiam regis cen
ſerent:media uiſa eſt Clyti ſententia:eoq́ꝫ accepta ut ad regem mitterēt legatos:peterentq́ꝫ ab eo:ut me⁄
dionios ſuper tāta re cōſultare ī concilio acarnanum pateretur. In eam legationem Manſilochus:& qui
eius fationis erāt:de induſtria coniecti:clā miſſis:qui regem admouere copias iuberēt:ipſi terebant tem
pus:itaq́ꝫ uix dum iis egreſſis legatis Antiochus in finibus mox ad portas erat:& trepidātibus:q exper⁄
tes proditionis fuerant tumultuoſeq́ꝫ iuuentutem ad arma uocātibus:ab Clyto & Manſilocho in urbē
eſt inductus:& aliis ſua uoluntate affluētibus:metu coacti etiam:qui diſſentiebāt:ad regem cōuenerūt
quos placida oratiōe territos cum p̄mulſiſſet:ad ſpē uulgatæ clæmentiæ aliquot populi Acarnaniæ de
fecerunt. Tyrrheum a Medione profectus eſt:Māſilocho eodem & legatis p̄miſſis:cæterū detecta Me⁄
dione fraus cautiores non timidiores tyrrhenſes fecit:dato ei haud perplexo reſpōſo nullam ſe nouam
ſocietatem niſi ex auctoritate impatorū romanorum accepturos:portis quoq́ꝫ clauſis armatos in mu⁄
ris diſpoſuerunt. Et peropportune ad confirmandos acarnanū animos. Gn. Octauius miſſus a Quītio
cum p̄ſidium & paucas naues ab. A. Poſthumio qui ab Attilio legato Cephaleniæ p̄poſitus fuerat: acce
piſſet. Leucadem uenit:impleuitq́ꝫ ſpei ſocios. M. Attilium cōſulem iam cū legionibus mare traieciſſe:
& in Theſſalia caſtra romana eſſe. Hunc rumorē:quia ſimilē ueri tempus anni maturum iam ad naui⁄
gandum faciebat:res p̄ſidio Medione impoſito & ī qbuſdam aliis Acarnaniæ oppidis Tyrrheo abſceſ⁄
ſit:& per Aetoliæ ac Phocidis urbes Chalcidem rediit. Sub idem tp̄s. M. Bebius:& Philippus rex iā an⁄
te per hyemē in Claſſaretis cōgreſſi:cum. Ap. Claudium:ut obſidione Lariſſam eximeret:ī Theſſaliam
miſiſſent:qa id tēpus rebus agēdis īmatuꝝ erat:ī hyberna regreſſi:principio ueris coniunctis copiis in
Theſſaliam deſcenderunt. In Acarnania tum Antiochus erat:aduenientes Philippus Maleam Perrhe⁄
biæ:Bebius Phacium ē aggreſſus:quo primo prope īpetu capto Phreſtum eadem celeritate capit: inde
Atthracem cū ſe recepiſſet. Cytherias hic & Eritiū occupat:p̄ſidiiſq́ꝫ per recepta oppida diſpoſitis Phi⁄
lippo rurſus obſidenti Maleā ſe cōiungit:ſub aduentu romani exercitus:ſeu ad metum uirium: ſeu ad
ſpem ueniæ cum dediſſent ſeſe:ad ea recipienda oppida:q̄ athamanes occupauerant:uno agmine ierūt:
erant autem hæc Aeginū. Herciſſum:Cōpiſſilana:Tricca:Mœliboea:Phaleria. Inde Pellineum ubi Phi
lippus megalopolitanus cum qngentis peditibus in p̄ſidio erat:& circūſidunt:& priuſq̄ oppugnarent:
mittunt ad Philippū:q moneret ne uim ultima expiri uellet. Quibus ille ſatis ferociter reſpōdit: uel ro
manis:uel theſſalis ſe credituꝝ fuiſſe:ī Philippi ſe p̄tātē cōmiſſuꝝ nō eē poſteaq̄ apparuit ui agendū:qa
uidebat & Limneū eodē tp̄e oppugnari poſſe regē ad Limneū ire placuit:bebius r̄ſtitit ad Pellineū op⁄ pugnādū.
Per eos forte dies. M. Attilius cōſul cū decēmillibus peditū:duobuſmillibus eqtū. xii. ele⁄
phantis mari traiecto pedeſtres copias Lariſſam ducere trecentos militum tribunos iuſſit:ipſe cū equi
tatu Limneum ad Philippum uenit:aduentu conſulis deditio ſine cunctatione eſt facta: traditumque
præſidium regium:& cum iis athamanes. Ab Limneo Pellineum conſul proficiſcitur:ibi primi atha⁄
manes tradiderunt ſeſe deinde & Philippus Megalopolitanus:cui decedenti de p̄ſidio cum obuius for
te fuiſſet Philippus rex: ad ludibrium regem eum conſaluturi iuſſit: ipſe congreſſus fratrem haud ſa⁄
ne decoro maieſtatis ſuæ loco appellauit: Deductus inde ad conſulem cuſtodiri iuſſus:& haud ita
multo poſt in uinculis Romam miſſus: cætera multitudo Athamanum aut militum Antiochi re⁄
gis:quæ in præſidiis deditorum per eos dies oppidorum fuerat: Philippo tradita regi eſt: fuere au⁄
tem ad triamillia hominum:Conſul Lariſſam eſt profectus: ibi de ſumma belli conſultaturus:in iti⁄

Intépe⁄ſtiuæ re⁄gis nu⁄ptiæ

Vide ne ægiū ſit legédū• potiꝰ q̄ æginū Vbi cō⁄piſſila⁄na ē gō⁄phi La⁄riſſa li⁄bētius legerim

Athamania ois ī dicionem Philippi conceſſit

nera ab Eteria & Metropoli legati tradētes urbes ſuas occurrerunt.Philippus Athamanum pcipue captiuis indulgēter habitis:ut p eos conciliaret gētem:nactus ſpē Athamaniæ potiūdæ exercitum eo duxit pmiſſis in ciuitates captiuis:& illi magnam auctoritatē apud populares habuerunt clæmētiam erga ſe regis munificētiamq; commemorantes:& Amynander:cuius præſentis maieſtas aliquos ī fide continuiſſet:ueritus ne traderetur Philippo iampridē hoſti:& romanis merito tum pp defectionē infenſis cum coniuge ac liberis regno exceſſit.Ambraciamq; ſe contulit:ita Athamania omnis ī ius dicionemq; Philippi cōceſſit.Conſul ad reficiēda maxime iumēta:q & nauigatiōe:& poſtea itineribus fatigata erāt: paucos Lariſſæ moratus dies:uelut reparato modica quiete exercitu Crānonem eſt profectus:uenienti Pharſalus:Scotuſa:& Pheræ:quæq; ī eis pſidia Antiochi erāt:deduntur:ex iis īterrogati:qui manere ſecum uellēt:mille uolētes Philippo tradit:cæteros inermes Demetriadē remittit:Per nam īde recepit:& quæ circa eam caſtella erāt.Ducere tum porro ī ſinum maliacum cœpit:appropinquāti faucibus ſuper quas ſiti thaumaſti ſunt:deſerta urbe iuuētus omnis armata ſiluas & itinera īſedit:& ī agmen Romanum ex ſuperioribus locis incurſauit:primo miſſi:qui ex propinquo colloquētes deterrerent eos a tali furore:poſteaq; perſeuerare in incepto uidit:tribuno cum duorum ſignorum militibus circūmiſſo interclufit ad urbem iter armatis uacuamq; eam cœpit:tum clamore ab tergo captæ urbis audito refugiētium undiq; ex ſiluis īſidiatorum cædes facta eſt a thaumaſtis altero die cōſul ad ſpargetum amnem puenit:īde eorum agros uaſtauit.Cum hæc agebātur.Chalcide erat Antiochus:qui iam tum cernēs nihil ſe ex Græcia pter amœna Chalcide hyberna & īfames nuptias petiſſe:ætolorum uana promiſſa incuſare & Thoātem Annibalē uero nō ut prudētem tantū uirum:ſed prope uatē omnium:q tum euenerant:admirari:ne tamē temere cœpta ſegnicia īſuper euerteret:nūcios in Aetoliam mittit:ut omni con tracta iuuētute cōuenirent.Iam & ipſe eo.x.millia fere peditum ex iis:qui poſtea uenerāt ex Aſia:expleta:& eqtes quīgētos duxit:qd cū aliquāto pauciores q̄ ante cōueniſſent:& prīcipes tātūmodo cū paucis clientibus eēnt:atq; ii dicerēt oia ſedulo ab ſe facta:ut qplurimos ex ciuitatibus ſuis euocarēt:nec auctoritate:nec gratia:nec īperio aduerſus detrectantes militiā ualuiſſe:deſtitutus undiq; & ab ſuis:qui morabantur ī Aſia:& ab ſociis qui ea ī quorum ſpē uocauerāt:non pſtabāt:ītra ſaltum thermopylarum ſeſe recepit:id iugum ſicut appēnini dorſo Italia diuiditur:ita mediam Græciam dirimit:ante ſaltum thermopylarum ī ſeptētrionē uerſa Epyrus:& Perrhebia:& Magneſia:& Theſſalia eſt & Phthiote:& ſinus maliacus:ītra fauces ad meridiem uergunt Aetoliæ pars maior & Acarnania:& cum Locride Phocis:& Boetia:adiunctaq; īſula Euboea:& excurrēte ī altum uelut promōtorio attica terra ſita:ab tergo & Peloponneſus.Hoc iugum ab Leucade & mari ad occidētem uerſum p Aetoliā ad alteꝝ mare orieti obiectum tendēs:ea aſpera rupes īteriectas habet:ut nō modo exercitus:ſed ne expediti quidē facile ullos ad

Oethae montis diſcurſus

tranſitum calles īueniant:extremos ad oriētē montes oetam uocāt:quorum quod altiſſimū ē gallidromum appellatur:in cuius ualle ad malliacū ſinum uergēte iter ē nō latius q̄.xl.paſſus.Hæc una uia militaris ē:qua traduci exercitus:ſi nō,phibeanť:poſſint ideo pylæ & ab aliis qa calidæ aquæ ī ipſis faucibus ſunt:thermopylæ locus appellať:nobilis lacedæmonioꝝ aduerſus perſas morte magis memorabili:q̄ pugna.Haud q̄q̄ pari tamē animo Antiochus intra portas loci eius caſtris poſitis munitiōibus īſup ſaltum īpediebat:& cum duplici uallo foſſaq; & muro etiā:qua res poſtulabat:ex multa copia paſſim iacētium lapidum pmuniſſet:ſatis fidēs nunq̄ eam uiam romanū exercitū factuꝝ: ætolos ex.iiii.millibus: tot.n.cōuenerāt:partim ad Heracleam pſidio obtinēdā ante ipſas fauces poſita ē:partim Hypatā mittit & Heracleam haud dubius conſulē oppugnatuꝝ:& iam multis nūciantibus circa Hypatā oia euaſtari. Conſul depopulatus hypatēſem agrum prio:deīde heraclēſem inutili utrobiq; auxilio ætoloꝝ:ī ipſis faucibus prope fontes calidarū aquarū aduerſus regē poſuit caſtra:ætolorū utræq; manus Heracleā ſeſe incluſerunt:Antiochū:cui priuſq̄ hoſtē cerneret:ſatis oia pmunita:& pſidiis obſepta uidebanť:timor deinde inceſſit:nequos p īminētia iuga calles īueniret ad trāſitū romanus:nā & lacedæmonios quōdā ita a pſis circūitos fama erat:& nup Philippū ab iiſdē romanis.Itaq; nunciū Heracleam ad ætolos mittit:ut hāc ſaltē ſibi opam eo bello pſtarēt:uertices locorum circa omnium occuparēt:obſiderentq;:neq̄ tranſire romanus poſſet.Hoc nūcio audito diſſenſio inter ætolos orta ē:pars impio parendū regis atq; eundū cēſebant:pars ſubſiſtēdum Heracleæ ad utrāq; fortunā:ut ſiue uictus a cōſule rex eēt:in expedi

Atť.ro. cōſulis conſiliū

to haberēt integras copias ad opē ,ppinqs ferēdam ciuitatibus ſuis:ſiue uinceret:ut diſſipatos ī fugā Romanos pſequerenť:utraq; pars non manſit modo in ſnīa ſua: ſed etiam executa ē cōſilium: duomillia Heracleæ ſubſtiterunt:duo trifariam diuiſa gallidromum:& rhodontiam:& thycūta:hæc nomina cacuminibus ſunt:occupauere.Conſul poſteaq; inſeſſa ſupiora loca ab ætolis uidit.M.Portium Catonem &.L.Valeriū Flaccū cōſulares legatos cū binis millibus delectoꝝ militum ad caſtella ætoloꝝ. Flaccum in rhondontiam & tychunta:Catonē ī gallidromū mittit:ipſe priuſquam ad hoſtē copias admoueret: uocatos in concionē milites paucis ē allocutus.Plærosq; omnium ordinū milites īter uos eē uideo:q ī haceadem ,puincia.T.Quintii ductu auſpicioq; militaueritis:macedonico bello inexuperabilis magis

Verba conſuliſ ad milites

ſaltus ad amnē aoum fuit:q̄ hic:qppe portæ ſunt hæ & unus inter duo maria clauſis omnibus uelut naturalis tranſitus ē:munitioribus tunc fuerunt & ualidioribus īpoſiti exercitus hoſtium locis:exercitus ille & numero maior & militum genere aliquanto melior:qppe illic macedōes thraceſq; & Illyrici erāt ferociſſimæ oēs gētes:hic ſyri & aſiatici græci ſunt leuiſſima genera hoīum & ſeruituti nata:rex ille bellicoſiſſimus exercitatꝰ iā ille ab iuuēta finitimis thracū atq; Illyricoꝝ & circa oīum accolaꝝ bellis:hic ut oēm aliā uitā ſileā:ē q cū ad iferēdū Po.Ro.bellū ex Aſia ī Europā trāſiſſet:nihil memorabilius toto tē

pore hybernorum geſſerit:ꝗ quod amoris cauſa ex domo priuata & obſcuri etiam inter populares ge/
neris uxorem duxit & nouus maritus uelut ſaginatus nuptialibus cœnis ad pugnam ꝓceſſit. Summa
uirium ſpeiq; eius in ætolis fuit gēte uaniſſima & īgratiſſima:ut uos prius experti eſtis:nūc Antiochus
expitur:nam nec uenerunt freq̄ntes:nec contineri ī caſtris potuerunt:& ī ſeditione ipſi īter ſeſe ſunt:&
cum Hypatam tuēdam Heracleamq; depopoſciſſent:neutram tutati pars refugerunt ī iuga montium
pars īcluſerunt ſeſe.Rex ipſe confeſſus nuſquā æquo campo non modo congredi ſe ad pugnam audeř:
ſed ne caſtra quidē ī apto ponere:relicta omni ante ſe regione ea ꝗ ſe nobis ac Philippo ademiſſe gloria/
batur:condidit ſe intra rupes:ne ante fauces quidē ſaltus:ut quondam lacedæmonios fama ē:ſed ītra pe
nitus retroactis caſtris:quod quātum ītereſt ad timorē oſtēdēdum:an muris alicuis urbis obſidēdum
ſeſē īcluſerit? Sed neq; Antiochum tuebuntur anguſtiæ nec ætolos uertices illi:quos ceperunt:ſatis un/
diq; prouiſum anteq; præcautum eſt:nequid aduerſus uos in pugna præter hoſtis eēt.Illud proponere
animo ueſtro debetis non uos pro Græciæ libertate tantum dimicare:ꝗꝗ is quoq; egregius titulus eēt:
liberatam a Philippo ante:nunc ab ætolis & ab Antiocho liberare:neq; ea tantum ī ꝑmiū ueſtrum ceſ/
ſura:quæ nunc ī regiis caſtris ſunt:ſed illum quoq; oēm apparatum:q in dies ab Epheſo expectatur: ꝓ/
dæ futurum:Aſiam deīde Syriamq; & oīa uſq; ad portas ſolis ditiſſima regna impio Romano apertu/
ros.Quid deīde aberit:qn ab Gadibus ad mare rubrum oceano finis terminemus:q orbē terrarū am/
plexu finit? & omne humanum genus ſecūdum deos nomē Romanum ueneretur? In hæc tanta præ/
mia dignos parate aīos:ut craſtīo die bene iuuantibus diis acie decernamus.Ab hac cōcione dimiſſi mi
lites:priuſq corpora curarēt:arma tælaq; parant:luce prima ſigna pugnæ propoſito inſtruit aciē conſul
arta fronte ad naturam & anguſtias loci Rex poſteaq ſigna hoſtium conſpexit:& ipſe copias educit: le/
uis armaturæ partem ante uallum ī primo locauit:tum macedonum robur:quos ſariphoros appella/
bant:uelut firmamentum circa ipſas munitiones conſtituit:is ab ſiniſtro cornu iaculatorum ſagiptario
rumq; & funditorum manum ſub ipſis radicibus mōtis poſuit:ut ex altiore loco nuda latera hoſtium
inceſſerēt:ab dextero macedonibus ad ipſum munimētorum finē quæ loca ad mare īuia paluſtri limo
& uoraginibus claudunt:elephantos cum aſſueto ꝓſidio poſuit:poſt eos eqtes:tum modico interuallo
relicto cæteras copias in ſecunda acie.Macedones pro uallo locati primo facile ſuſtinebāt romanos tem Pugna
ptantes ab omni parte aditus:multum adiuuantibus:qui ex loco ſupiore fundis uelut nimbum gran/ ad Ther
dinis & ſagiptas ſimul ac iacula īgerebant:deīde ut maior nec iam toleranda uis hoſtium inferebat ſe: mopy/
pulſi loco intra munimēta ſubductis ordinibus cōceſſerūt:īde ex uallo prope alterum uallū haſtis præ las
ſe abiectis fecerunt:& ita modica altitudo ualli erat:ut & locum ſupiorē ad pugnādum præberet:& pp
longitudinē haſtarum ſubiectū haberet hoſtē.Multi temere ſubeūtes uallum trāſfixi ſunt: & aut ince/
pto irrito receſſiſſent:aut plures cecidiſſent:ni.M.Portius ab iugo gallidromi deiectis īde ætolis & ma/
gna ex parte cæſis:incautos.n.& plæroſq; ſopitos oppreſſerat:ſuper imminētem caſtris locū apparuiſ/
ſet.Flacco nō eadem fortuna ad thycunta & rhodontion neqcꝗ ſubire ad ea caſtella conato fuerat. Ma/
cedones quiq; alii ī caſtris fuerāt regis:primo dum procul nihil aliud:ꝗ turba & agmen apparebat:æto
los credere uiſa procul pugna ſubſidio uenire:cæterū ut primū ſignaq; & arma ex īprouiſo cognita er/
rorē apuerūt:tātus repēte pauor omnis cepit:ut abiectis armis fugerēt:& munimēta ſequētes impedie/
runt:& anguſtiæ uallis:p ꝗ ſequēdi erāt:& maxime quod elephāti nouiſſimi agminis erāt: quos pedes
ægre ꝓterire eques nullo poterat modo timētibus eqs:tumultumq; īter ſe maiorē:ꝗ ī ꝓlio dātibus ali/
quātum temporis direptio caſtrorum tenuit.Carpeiā tamē eodē die cōſecuti ſunt hoſtē:multis in ipſo
itinere cæſis captiſq; nō equis uiriſq; tātum:ſed etiam elephātis:quos capere nō potuerāt:īterfectis ī ca/
ſtra reuerterūt:quæ temptata eo die īter ipſum pugnæ tēpus ab ætolis Heracleam obtinentibus ꝓſidio
ſine ullo haud parum audacis īcepti effectu fuerāt:Cōſul noctis īſequētis tertia uigilia ꝑmiſſo equitatu
ad ꝓſequēdum hoſtem ſigna legionum prima luce mouit:aliquātum uiæ ꝓceperat rex:ut qui nō ante/
quam Elatiæ a cōfuſo cōſtiterit curſu:ubi primum reliquiis pugnæq; & fugæ collectis cum perexigua
manu ſemiermium militum Chalcidem ſe recepit.Romanus equitatus ipſum quidē regem Elatiæ aſ
ſecutus nō eſt:magnam partē agminis aut laſſitudine ſubſiſtentis aut errore:ut qui ſine ducibus p igno
ta itinera fugerēt:diſſipatos oppreſſerūt:nec ꝓter quīgentos:qui circa regē fuerūt:ex iſto exercitu quiſ/
quam effugit:etiam ex.x.millibus militū:quos Polybio auctore traieciſſe ſecū regē ī Græciam ſcripſi/ Atſ. ho
mus:exiguus numerus:quid ſi Antiati Valerio credamus.xl.millia militum fuiſſe in regio exercitu ſcri ſtiū cæ/
benti? quadraginta inde millia cecidiſſent: ſupra quinque millia capta cum ſignis militaribus.ccxxx. des
Romanorum.cl.īterfecti ſunt.Cōſuli per Phocidem Boetiæ exercitum ducēti cōſciæ defectiōis ciuita/
tes cum uelamētis ante portas ſtabāt:metu ne hoſtiliter diriperentur:cæterum per oēs dies haud ſecus
quam ī pacato agro ſine uexatiōe ullius rei agmē proceſſit:donec ī agrum coronæum uētum ē:ibi ſta/
tua regis Antiochi poſita ī templo Mineruæ iram accēdit:permiſſumq; militi eſt:ut circūiectum tem
plo agrum popularetur:deīde cogitatio aīum ſubit cum cōmuni decreto boetioꝝ:poſita eēt ſtatua īdi
gnum eſſe ī unum coronēſem agrum ſæuire:reuocato extēplo milite finis populādi factus:caſtigati tā/
tum uerbis boetii ob īgratum ī tātis tāq; recētibus beneficiis aīum erga romanos.Inter ipſum pugnæ
tempus.x.naues regiæ cum ꝓfecto Iſidoro ad Tronium ī ſinu maliaco ſtabāt:eo grauis uulneribus Ale
xander acarnanum nūcius aduerſæ pngnæ cum perfugiſſet:trepidæ īde recenti terrore naues Ceneum
Euboeæ petierūt:ibi mortuus ſepultuſq; Alexāder:tres:ꝗ ex Aſia profectæ:eūdem portum tenuerunt
naues audita exercitus clāde Epheſum redierunt.Iſidorus ab Ceneo Demetriadem:ſi forte eo deferret

Ptole/ mæus cyneũ uocat Plinius ceneũ Ptole/ mæus Creu/ ſam po ſuit in ora boe tiæ

fuga regẽ traiecit.Per eoſdẽ dies.A.Acilius ꝑfectus romanæ claſſis magnos regios commeatus iam fræ
tum:quod ad Andrum inſulam eſt:præteruectos excepit:alias merſit:alias cepit naues: quæ nouiſſimi
agminis erant:curſum in Aſiam uerterunt.Acilius Pyrrheum:unde profectus erat:cum agmine capti/
uarum nauium reuectus:magnam uim fruméti & Atheniẽſibus & aliis eiuſdẽ regiõis ſociis diuiſit.An
tiochus ſub aduẽtu conſulis a Chalcide profectus Tenedum prío tenuit:inde Epheſum tranſmiſit. Cõ
ſuli Chalcidem ueniéti portæ patuerunt:cum appropinquante eo Chriſtoteles præfectus regiis exceſſiſ
ſet:& cæteræ urbes in Euboea ſine certamine traditæ:paucoſq; p dies omnibus ꝑparatis ſine ullius no/
xa urbis:exercitus Thermopylas reductus:multo modeſtia poſt uiſtoriam:q̃ ipſa uictoria laudabilior.
Inde conſul.M.Catonem:per quem q̃ geſta eſſent:ſenatus Popu.q;.Roma.haud dubio auctore ſciret:
Romam miſit:is Creuſa theſpiẽſium emporium eſt in intimo ſinu corĩthiaco retractũ.Patras Achaiæ
petit:a Patris Corcyram uſq; ætoliæ atq; Acarnaniæ littora legit:atq; ita ad Hydrontum Italiæ traiecit
quinto die inde pedeſtri itinere Romam ingenti curſu ꝑuenit:ante lucem ingreſſus urbem a porta ad
prætorem.M.Iunium iter intẽdit:is prima luce ſenatum uocauit:quo.L.Cornelius Scipio aliquot die/
bus ante a cõſule dimiſſus cũ aduenĩes audiſſet:prægreſſum Catonẽ in ſenatu eẽ ſupuenit exponenti:q̃
geſta eẽnt.Duo inde legati iuſſu ſenatus in concionẽ ſunt producti:atq; ibi eadẽ:q̃ in ſenatu de rebus in
Aetolia geſtis expoſuerunt:ſupplicatio in triduum decreta eſt:& ut.xl.hoſtiis maioribus ꝑtor: quibus
diis ei uideretur ſacrificaret.Per eoſdem dies &.M.Fuluius nobilior:qui biennio ante ꝑtor in Hiſpaniã
profectus ẽ:ouans urbem ẽ ingreſſus:argẽti bigati præ ſe tulit.cxxx.millia & extranumeratum.x.mil/

Ro. He racleam oppu/ gnant Situs Hera/ cleæ

lia pondo argenti:auri pondo.cxx[v]ii.Attilius cõſul ab Thermopylis Heracleã ad ætolos ꝑmiſit:ut tunc
ſaltem experti regiam uanitatẽ reſpicerẽt:traditaq; Heraclea:cogitarẽt de petẽda ab ſenatu ſuo furoris
ſui:ſeu erroris uenia:& cæteras Græcie ciuitates defeciſſe eo bello ab optime meritis romanis:ſed quia
poſt fugam regis:cuius fiducia ab officio deceſſiſſent:non adiſſent:ꝑtinaciam culpæ in fidẽ receptas eẽ.
Aetolos eẽ quoq;:q̃q̃:non ſecuti ſunt regẽ:ſed accerſiſſent:& duces belli non ſocii fuerĩt:ſi pœnitere poſ
ſit:poſſe & incolumes eẽ.Ad ea cum pacati:nihil reſponderet:appareretq; armis rẽ gerẽdam:& rege ſu
perato bellum ætolicum integrum reſtare:caſtra ab Thermopylis ad Heracleam mouit: eoq; ipſo die
ut ſitum noſceret urbis:ab omni parte equo mœnia ẽ circũuectus:ſita ẽ Heraclea ĩ radicibus oetæ mõ/
tis:ipſa ĩ campo:arcẽ imminentẽ loco alto & undiq; ꝑcipiti habet.Contemplatus omnia:q̃ noſcẽda erãt
quattuor ſimul locis aggredi urbẽ cõſtituit a flumine Aſoro:qua & gymnaſium ẽ.L.Valerium opibus
atq; oppugnationi ꝑpoſuit:frequẽtius prope q̃ in urbe habitabatur.T.Sempronio Longo oppugnãdã
dedit & regionem a Malea:q̃q; aditum haud facilẽ pars habebat.M.Bebium ab altero anniculo quem
melena uocant:aduerſus Dianæ tẽplum.Ap.Claudium oppoſuit.Horum magno certamine infra pau
cos dies turres arieteſq; & alius oĩs apparatus oppugnandaꝝ urbium ꝑficitur:ut tum ager heraclienſis
paluſter oĩs frequenſq; proceris arboribus benigne ad omne genus operum materiam ſuppeditabat:tũ
quia refugerant intra mœnia ætoli:deſertaq; in ueſtibulo urbis erãt tecta:in uarios uſus non tigna mõ
& tabulas:ſed laterem quoq; & cemẽta & ſaxa uariæ magnitudinis ꝑbebant.Et romãi quidem opibus
magis q̃ armis urbem oppugnabant:ætoli cõtra armis ſe tuebantur:nã cum ariete quaterentur muri:
non laqueis:ut ſolet:exceptos declinabãt ictus:ſed armati frequẽtes qdã ignes ẽt: quos aggeribus inice
rent:ferebant:fornices quoq; in muro erãt apti ad excurrendum:& ipſi cum pro dirutis reficerent mu/
ros:crebriores eos:ut pluribus erumperetur in hoſtes locis:faciebant.Hoc primis diebus dum integræ
uires erant & frequentes:impigre fecerunt:in dies deĩde pauciores & ſegnius:&.n:cum multis urgeren
tur rebus nulla eos res æque ac uigiliæ conficiebant:romanis ĩ magna copia militum ſuccedẽtibus aliis
in ſtationem aliorum:ætolos ꝑꝑ paucitatem eoſdem dies nocteſq; aſſiduo labore urente:per.iiii.&.xx.
dies ita:ut nullum tempus uacuum dimicatione eẽt:aduerſus quattuor e partibus ſimul oppugnantẽ
hoſtem nocturnus diurno continuatus labor ẽ.Cum fatigatos iam ætolos ſciret conſul & expectatiõe
temporis:& quod ita tranſſugæ affirmabant:tale conſilium iniit:media nocte receptui ſignum dedit:
& ab oppugnatione ſimul omnes milites deductos uſq; ad tertiam diei horam quietos in caſtris tenuit
inde cœpta oppugnatio ad mediã rurſus noctem ꝑducta eſt:intermiſſa deĩde uſq; ad tertiam diei horã.
Fatigationẽ rati cauſam eẽ ætoli nõ cõtinuandæ oppugnationis:q̃ & ipſos affecerat:ubi Romanis datũ
receptui ſignũ eẽt:uelut ipſi quoq; hoc reuocati ꝓ ſe qſq; ex ſtatione decedebãt:nec ante tertiã diei horã
armati ĩ muris apparebant.Cõſul cum nocte media intermiſiſſet oppugnationẽ:quarta uigilia rurſus
ab tribus partibus ſumma ui agreſſurus:una Sẽproniũ tenere intẽtos milites ſignũq; expectãtes iuſſit:
ad ea in nocturno tumultu:unde clamor exaudiret:haud dubie ratus hoſtes cõcurſuros:Aetoli pars ſo
piti affecta labore ac uigiliis corpora ex ſomno moliebant pars uigilantes ad hunc ſtrepitũ pugnantiũ ĩ
tenebris currunt.Hoſtes ꝑtim ꝑ ruinas iacẽtis muri trãſcẽdere muros conãtur:ꝑtim ſcalis aſcẽſus tem
ptant aduerſus equos undiq; ad opẽ ferẽdam occurrũt ætoli:ꝑs una:qua ꝓgreſſi erant: neq; defendit:
neq; oppugnatur:ſed qui oppugnarent:intenti ſignũ expectabant:defenſor nemo aderat.Iam diluceſce
bat:cum ſignũ cõſul dedit:& ſine ullo certamine partim ſcalis integros muros tranſcendere:ſimul cla/

Capit diripi/ turq; Hera/ clea

mor index capti oppidi eſt ex auditus:undiq; ætoli deſertis ſtationibus in arcem fugiunt:oppidum ui/
ctores permiſſu conſulis diripiunt non tam ab ira nec ab odio:quã ut miles coercitus in tot receptis ho
ſtium urbibus aliquo tandem loco fructum uictoriæ ſentiret:Reuocatos inde a medio ferme die mili/
tes cũ in duas diuiſiſſet partes:nam radicibus montium circũduci ad rupem iuſſit:q̃ faſtigio altitudinis
pars media ualle uelut obruta ab arce erat:ſed adeo ꝓpe geminata cacumina eoꝝ mõtiũ ſunt:ut ex uer

tice altero coniici tæla in arcē poſſint:cum dimidia militū parte conſul ab urbe aſcenſurus in arcē ſignū
ab iis qui ab tergo in rupē euaſuri erant:expectabat.Non tulere qui in arce erant:ætoli primum eorum
qui rupē ceperant:clamorē:deinde impetum ab urbe romanorum effractis iam animis:& nulla ibi p̄/
parata re ad obſidionē diutius tolerandam:utpote congregatis fœminis puerisq̃ & imbelli alia turba ī
arcē:quæ uix capere ne dum tueri multitudinē tantā poſſet.Itaq̃ ad primum impetū abiectis armis de
diderunt ſeſe:traditus inter cæteros principes ætolorum Democritus ē:qui principio belli decretū æto
lorum quo accerſendum Antiochum cēſuerat.L.Quintio poſcēti:reſponderat ī Italia daturum: cum
caſtra ibi ætoli poſuiſſent:ob eam ferociam maius uictoribus gaudium traditū fuit.Eodē tp̄e quo Ro
mani Heracleam:Philippus Lamiam excompoſito oppugnabant:circa Thermopylas cum conſule re/
deunte ex Boetia ut uictoriam ipi Po.q̃.Ro.gratularetur:excuſaretq̃:quod morbo īpeditus bello non
interfuiſſet congreſſus.Inde diuerſi ad duas ſimul oppugnandas urbes profecti(interſunt ſedecimmil/
lia ferme paſſuum)& quia Lamia poſita in tumulo ē:tum regionem maxime eodē ſpectat oppido:quā
breue interuallum uidetur:& omnia in conſpectu ſunt:cum enixe uelut propoſito certamine Romani
macedonesq̃ diē ac noctē aut in opibus aut in præliis eēnt:hoc maior difficultas macedonibus erat:qđ
romani aggere & uineis & omnibus ſupra terram opibus:ſubtus macedones cuniculis oppugnabant:
& in aſpis locis ſilex ſæpe impenetrabilis ferro occurrebat:& cum parum procederet inceptum:p collo
quia principum oppidanos tēptabat rex:ut urbē dederēt:haud dubius:quin ſi prius Heraclea capta fo/
ret:romanis ſe potius quam ſibi dedituri eēnt:ſuamq̃ gratiam conſul in obſidione liberanda facturus
eſſet.Nec eum opinio ē fruſtrata:confeſtim.n.ab Heraclea capta nuncius uenit:ut oppugnare abſtine/
ret:æquius eē romanos milites:qui acie dimicaſſent cū ætolis:p̄mia uictoriæ hēre:ita receſſum ab La/
mia ē:& propinquæ clade urbis ipſi:nequid ſimile paterētur:effugerunt.Paucis prius:q̃ Heraclea capeṫ
diebus ætoli concilio Hypatam coacto legatos ad Antiochum miſerunt:inter quos & Thoas idē : q̃ & Aetolo
ante miſſus ē:mandata erant:ut ab rege peterēt p̄mium:ut ipſe coactis rurſus terreſtribus naualibusq̃ rū ad
copiis in Græciam traiiceret:deinde ſiqua ipſum teneret res:ut pecuniam & auxilia mitteret:id cum ad Antio/
dignitatē eius fideq̃ ptineret non prodi ſocios:tum etiam ad incolumitatē regni non ſinere Romanos chū le/
omni cura uacuos:cum ætolorum gētē ſuſtuliſſent omnibus copiis in Aſiam traiicere.Vera erant:quæ gatio
dicebantur:eo magis regē mouerunt:itaq̃ ī præſentia pecuniam:quæ ad uſus belli neceſſaria erat:lega/
tis dedit:auxilia terreſtria naualiq̃ affirmauit miſſurum:Thoantē unum ex legatis retinuit : & ipſum
aut inuitum morantē ut exactor p̄ſens promiſſorum adeſſet.Cæterum Heraclea capta fregit tādē ani/
mos ætolorum:& ad paucos poſt dies:q̃ ad bellum renouandum acciēdumq̃ regē in Aſiam miſerant:
legatos:abiectis belli conſiliis pacis petēdæ oratores ad conſulē miſerunt.Quos dicere exorſos conſul ī/
terfatus cum alia ſibi p̄uertēda eē dixiſſet:redire Hypatā eos datis dierum.x.īduciis &.L.Valerio Flacco
cum iis miſſo iuſſit ei:quæ ſecum acturi fuiſſent:exponere:& ſi qua uellēt alia Hypatam ut eſt uētum:
principes ætolorum apud Flaccum concilium habuerunt:conſultātes quo nam agēdum modo apud
conſulē foret.Parantibus iis antiqua fœderum ordiri merita:quin abſiſtere iis Flaccus iuſſit:q̃ ipſi uio/
laſſent:confeſſionē iis culpæ magis profuturam:& totam in preces orationē uerſam : nec.n.in cauſam
ipſorum:ſed in Popu.Roma.clæmētiam ſpē ſalutis poſitam eē:& ſuppliciter agētibus iis profuturum
& apud conſulē & Romæ in ſenatu:eo quoq̃.n.mittēdos fore legatos.Hæc una uia omnibus ad ſalutē Aetolo
uiſa:& ut ſe in fidē pmitterēt romanorum:ita.n.& illi uiolandi ſupplices uerecundiam ſe impoſituros: rum de
& ipſos nihilominus ſuæ poteſtatis fore:ſi quid melius fortuna oſtēdiſſet.Poſteaquā ad coſulē uētū ē. ditio
Phaneas legationis princeps longam orationē & uarie ad mittigādam iram uictoris cōpoſitam : ita ad
extremum finiuit:ut diceret:ætolos ſe ſuaq̃ omnia fidei.Po.Ro.pmittere.Id conſul ubi audiuit:ēt atq̃
uidete:inquit:ætoli ut ita pmittatis:tum decretum Phaneas in id qđ diſerte ſcriptum erat:oſtēdit:quā/
do ergo inq̄t:ita pmittitis:poſtulo id mihi Dicæarchum ciuē ueſtrū:& Menetam epirotā Naupactum
is cum p̄ſidio ingreſſus ad defectionē cōpulerat:& Aminandrū cū principibus athamanū:quoꝝ cōſilio
ab nobis defeciſtis:ſine mora dedatis.Prope dicētē interfatus romanum non in ſeruitutē:inquit:ſed in
fidē tuam nos tradimus:& certum te habeo imprudētia labi:qui nobis impes:q̃ moris græcorum nō
ſint.Ad hæc conſul nec Hercule:inquit:magnope nunc curo:quid ætoli ſatis ex more græcorum factū
eē cēſeant.dum ego more romano impium id habeam ī deditos:modo decreto ſuo ante armis uictos
itaq̃ ni prope fit:quod impio: uinciri uos iam iubeo:afferriq̃ cathænas:& circūſiſteř lictores iuſſit.Tū
fracta Phaneæ ferocia ætoliſq̃ aliis ē:& tandē:cuius conditionis eſſent:ſenſere:& Phaneas ſe quidē : & q̃
adſint ætolorum:ſcire faciēda eē:q̃ imperentur:dixit: ſed ad decernenda ea concilio ætolorum opus eē:
ad id petere ut.x.dierum inducias daret.Petēte Flacco pro ætolis induciæ datæ:& Hypatam reditum ē
ubi cum in concilio delectorum:quos apocletus uocant.Phanes & q̃ imparētur:& q̃ ipſis prope accidiſ
ſent:expoſuiſſet:īgemuerūt qdē principes conditionis ſuæ:parēdum tamē uictori cēſebāt:& ex omni/
bus oppidis conuocandos ætolos ad cōcilium.Poſteaq̄ uero omnis coacta multitudo eadē illa audiuit:
adeo ſæuicia impii atq̃ indignitate animi exaſpati ſunt:ut ſi in pace fuiſſent:illo impetu iræ cōcitari po
tuerint ab bellū:ad irā accedebat & difficultas eoꝝ q̃ imperarētur:quonāmodo.n.utiq̃ regē Amynan/
drum ſe tædere poſſe :& ſpes forte oblata:quod Nicander eo ipſo tēpore ab rege Antioch o ueniēs im
pleuit expectatione uana multitudinē terra mariq̃ ingens parari bellum.Duodecio is die q̃ conſcende
rat nauē:ī Aetoliā pfecta legatione rediēs Phalarna ī ſinu maliaco tenuit:ide Lamiā pecuniā cum deue/
xiſſet:ipſe cū expeditis ueſpa prima iter macedonū romanaq̃ caſtra:medio agro dū Hypatā notis cal/

*Præteri ta ma/ gis rep̄/ hédi poſſunt q̄ corri/ gi*

libus petit in ſtationē incidit macedonum:deductuſq; ad regē ē nondum conuiuio dimiſſo.Quod ubi
nūciatū ē:uelut hoſpitis non hoſtis aduētu motus Philippus cūbere eum epulariq; iuſſit:atq; ide dimiſ
ſis aliis ſolum retētum:ipſum q̄dē de ſe timere q̄cq̄ uetuit:ætolo2 parua cōſilia atq; ī ipſorū caput ſem/
per recidētia accuſauit:q primū romāos:deīde Antiochū ī Græciam adduxiſſent.Sed præteritorum:q̄
magis repræhendi:q̄ corrigi poſſint:oblitum:ſe non facturum ut inſultet aduerſis rebus eorum:æto/
los quoq; finire tandē aduerſus ſe odia debere:& Nicandrū priuatim eius diei:quo ſeruatus a ſe foret:
meminiſſe:ita datis q ī tutū eū ꝓſequerent.Hypatā Nicander cōſultātibus de pace romana ſupuenit.

*M.Attilio Sacr. Her. oeta facit Pyra Herculis ī oeta*

M.Attilius uændita aut conceſſa militi circa Heracleam præda:poſteaq̄ nec Hypatæ pacata eſſe con
ſilia:& Naupactum concurriſſe ætolos:ut inde totum impetum belli ſuſtinerēt:audiuit:præmiſſo Ap.
Claudio cum.iiii.millibus militum ad occupanda iuga:qua difficiles tranſitus montium erat:ipſe oetā
aſcendit.Herculiq; ſacrificium fecit in eo loco:quem pyram:quod ibi mortale corpus eius dei ſit:cre/
matum appellant:inde toto exercitu profectus reliquum iter ſatis expedito agmine fecit.Vt ad coarcē
eſt uentum:mons eſt altiſſimus inter Calipolin & Naupactum:ibi & iumenta multa ex agmine præci
pitata cum ipſis oneribus ſunt:& homines uexati:facile apparebat:q̄ cum inerti hoſte res eſſet:qui tam
impeditum ſaltum nullo præſidio:ut clauderet:tranſitum:īſediſſet.Tum ergo uexato exercitu ad Nau
pactum deſcendit:& in caſtello aduerſus arcem poſito:cæteras partes urbis diuiſis copiis pro ſitu mœ/
nium circunſedit:nec minus operis laboriſq; ea oppugnatio:q̄ Heracleæ habuit.Eodem tēpore & Meſ
ſene in Peloponneſo ab achæis:quod concilii eorum recuſaret eſſe:oppugnari cœpta eſt.Et enim duæ

*Elis & Meſſe/ ne*

ciuitates Meſſene & Elis:quæ extra concilium achaicum erant:cum ætolis ſentiebant:& alii tamē poſt
fugatum ex Græcia Antiochum legatis achæorum lenius reſponderāt:dimiſſo præſidio regio cogita/
turos ſe quid ſibi faciendum eſſet:meſſenii ſine reſponſo dimiſſis legatis mouerant bellum:trepidique
rerum ſuarum cum iam ager effuſo exercitu ureretur:caſtraq; prope urbē poni uiderent:legatos.Chal
cidem ad.T.Quintium auctorem libertatis miſerunt:qui nunciaret meſſenios romanis non achæis &
aperire portas:& dedere urbem paratos eſſe.Auditis legatis extemplo profectus Quintius a Megalopo
li ad Diaphanem prætorem acheorum miſit:qui extemplo reducere eum a Meſſene exercitum:& ue/
nire ad ſe iuberet.Dicto paruit Diaphanes:& ſoluta obſidione expeditus ipſe prægreſſus agmine circa
Eudaniam:paruum oppidum inter Megalopolin Meſſenemq; poſitum Quintio occurrit & cum cau
ſas oppugnationis exponeret:caſtigatum leniter:quod tantam rem ſine auctoritate ſua conatus eſſet:
dimittere exercitum iuſſit:nec pacem omnium bono partam turbare.Meſſeniis īperauit ut exules re/
ducerent:& achæorum concilii eſſent:ſi qua haberent:de quibus aut recuſare in poſterum:aut cauere
ſibi uellent:Corinthum ad ſe uenirent.Diaphanem concilium achæorum extemplo ſibi præbere iuſ/
ſit:ibi de Zacyntho intercepta per fraudem inſula queſtus poſtulauit:ut reſtitueretur romanis.Philip/
pi macedonum regis Zacynthus fuerat:& eam mercedem Amynandro dederat:ut per Athamaniam
ducere exercitum in ſuperiorem partem Aetoliæ liceret:qua expeditione fractis animis ætolos compu
lit ad petendam pacem Amynander:Philippum Megalopolitanum inſulæ præfecit:poſtea per bellum
quo ſe Antiocho aduerſus romanos coniunxit.Philippo ad munia belli reuocaro Hieroclem Agrigen
tinum ſucceſſorem miſit:is poſt fugam ab Thermopylis Antiochi Amynandrumq; a Philippo Atha/
mania pulſum:miſſis ultro ad Diaphanem prætorem achæorum nūciis pecunia pactus inſulā achæis
tradit.Id præmium belli ſuum eē æquum cēſebant romani:non.n.M.Attilium conſulē legioneſq; ro
manas Diaphani & achæis ad Thermopylas pugnaſſe.Diaphanes aduerſus hæc purgare interdum ſe/
ſe gētēq;:interdum de iure facti diſſerere.Quidam achæorum & initio eam ſe rē aſp̄natos teſtabantur
fratris filius uenerunt:prius Eumene conuēto:quē propter uetera certamīa auerſum maxīe a pace credebant eē:& placatiore eo ſua & regis ſpe inuēto:tum.P.Scipionē & ꝑ eum cōſulē adierunt: ꝑbitoq; iis petētibus frequēti concilio ad mandata ædēda:non tam quid ipſi dicamus:īquit Zeuſis:quam ut a uobis quæramus romani:quo piaculo expiare errorē regis:pacē ueniamq; īpetrare a uictoribus poſſimus maximo ſemꝑ animo uictis regibus populiſq; ignouiſtis:quanto id maiore & placatiore animo decet uos facere ī hac uictoria quæ uos dominos orbis terrarum fecit:poſitis iam aduerſus omnes mortales certaminibus:haud ſecus:quam deos conſulere & parcere uos generi humano oportet. Iam antequā legati uenirēt:decretum erat:quid reſponderetur:reſpondere Africanum placuit:iis in hunc modū locutus fertur.Romani ex his quæ ī deum immortalium poteſtate erant:ea habemus:quæ dii dederunt: animos:qui noſtræ mētis ſunt:eoſdē ī omni fortuna geſſimus:gerimuſq; neq; eos ſecundæ res extulerunt:nec aduerſæ minuerunt:eius rei:ut alios omittam. Annibalē ueſtrum uobis darē teſtem: niſi uos ipſos dare poſſem:poſteaquam Helleſpōtum traiecimus priuſquam caſtra regia:priuſquam aciē uideremus:cū cōmunis mars & in certus belli euētus eēt:de pace uobis agētibus:quas pares paribus ferebamus:condiciones eoſdē nūc uictores uictis ferimus.Europa abſtinete:Aſiaq; omni:quæ cis taurū mōtem ē:decedite:pro impēſis deinde in bellum factis.xv.millia talētum euboicoꝝ dabitis:quingēta præſentia:duomillia & quingēta cum ſenatus Populuſq; Romanus pacē comprobauerint:mille deinde talentum per.xii.annos.Eumeni quoq; reddi.cccc.talēta:& quod frumēti reliquum ex eo quod patri debitum ē:placet.Hæc cum pepigerimus facturos uos:ut pro certo habeamus:erit:qdē aliquod pignus:ſi obſides uiginti noſtro arbitratu dabitis.Sed nūquam ſatis liquebit nobis ibi pacē eē Po.Ro.ubi Annibal erit:eum ante omnia depoſcimus.Thoantē quoq; ætolum concitatorē ætolici belli:qui & illorum fiducia uos:& ueſtra illos ī nos armauit:dedetis:& cū eo Mnaſymmachū acarnanē:& chalcidēſem Philonē:& Eubolum.In deteriore ſua fortuna pacē faciet rex:quia ſerius facit:quam facere potuit:ſi nūc re moratus fuerit:ſciat regum maieſtatē difficilius ab ſummo faſtigio ad medium detrahi: quā a mediis ad ima ꝑcipitari.Cum iis mandatis ab rege miſſi erant legati:ut oēm pacis cōdicionē acciperēt:itaq; Romā mitti legatos placuit:Cōſul ī hyberna exercitū Magneſiā ad mæandrū &Thrallis Epheſumq; diuiſit:Epheſum ad cōſulē paucos poſt dies obſides ab rege adducti ſunt:&legati:q Romā irēt:uenerūt.Eumenes quoq; eodē tpe ꝓfectus ē romā:quo legati regis:ſecutæ eos ſunt legatiōes oīum Aſiæ populoꝝ.

Leges Antiocho datæ

Cum hæc in Aſia geruntur:duo fere ſub idē tēpus cum triumphi ſpe ꝑtores de prouinciis Romam redierunt.Qu.Minutius ex liguribus.M.Acilius ex Aetolia.Auditis utriuſq; rebus geſtis Minutio negatus triumphus:Acilio magno conſenſu decretus:iſq; triumphans de rege Antiocho & ætolis urbē ē inuectus:ꝑlata in eo triumpho ſunt ſigna militaria.cc.xxx.& argēti infecti triamillia pōdo:ſignati tetracinum atticum.c.xiii.millia:ciſtophori.ccxlviii.uaſa argētea celata multa magniq; ponderis:tulit & ſupellectilē regiam argēteam ac ueſtē magnificam:coronas aureas:dona ſociarum ciuitatū.xlv.ſpolia oīs generis:captiuos nobiles ætolos & regios duces ſex & triginta duxit.Democritus ætolorum dux paucos ante dies cum e carcere effugiſſet:nocte in ripa tyberis conſecutis cuſtodibus:priuſquam comphenderetᷣ:gladio ſe tranſfixit.Milites tantum:qui ſequerētur currum:defuerunt:aliquin magnificus & ſpectaculo & fama rerum triumphus fuit.Huius triumahi minuit læticiā nuncius ex Hiſpania triſtis aduerſa pugna in uaſtetanis ductu.L.Aemylii ꝓconſulis apud oppidum Lyconē cum luſitanis:ſex millia de exercitu romano cecidiſſe:cæteros pauētes ītra uallum cōpulſos ægre caſtra defendiſſe: & admodū fugiētiū magnis itineribus in agrum pacatū reductos:hæc ex Hiſpania nūciata.Ex Gallia legatos placētinoꝝ & cremonēſium.L.Auruculeius ꝑtor in ſenatum introduxit:iis quærētibus inopiam colonoꝝ: aliis belli caſibus:aliis morbo abſumptis quoſdam tædio accolarum gallorum reliqſſe colonias: decreuit ſenatus:uti.C.Lællius conſul:ſi ei uideretur:ſex millia familiaꝝ cōſcriberet:quæ ī eas colonias diuiderenᷣ:& ut.L.Auruncul eius ꝑtor triūuiros crearet:ad eos deducendos:creati.M.Acilius Serranus.L. Valerius.P.Filius.L.Valerius.C.Filius Tappo.Haud ita multo poſt cum iam conſulariū comitioꝝ appeteret tēpus.C.Lællius conſul ex Gallia Romā rediit:iis non ſolum ex facto abſente ſe.S.C.in ſupplemētum Cremonæ & Placentiæ colonos ſcripſit:ſed ut nouæ coloniæ duæ ī agrum:q boioꝝ fuiſſet:deducerētur:& rettulit:& auctore eo patres cēſuerūt.Eodē tpe.L.Aemylii ꝑtoris litteræ allatæ de nauali pugna ad:Mynōneſum facta:&.L.Scipionē conſulē exercitū īAſiā traieciſſe.Victoriæ naualis gratia ī unū diē ſupplicatio decreta ē:in alterū diē quod exercitus Romanus tum primū in Aſia poſuiſſet caſtra:ut ea rēs proſꝑa & læta eueniret:uicenis maioribus hoſtiis ī ſingulas ſupplicationes ſacrificare conſul ē iuſſus.Inde cōſularia comitia magna cōtētione habita.M.Aemylius Lepidus petebat aduerſa oīum fama quod prouīciam Siciliam petēdi cauſa non cōſulto ſenatu:ubi ſibi id facere liceret:reliqſſet:petebant cū eo.M.Fuluius Nobilior.Gn.Manlius Volſo.M.Valerius Meſſalla.Fuluius conſul unus creatur:cū cæteri cēturias non expleſſent:is quoq; poſtero die.Gn.Mālium Lepido deiecto:nam Meſſalla tacuit:collegam dixit.Prætores exinde facti duo.Qu.Fabii Labeo:& Pictor:flamē quirinalis eo anno inauguratus fuerat.M.Sēpronius Tuditanus.L.Poſthumius Albinus.L.Plautius Hypſeus.L.Bebius diues.M. Fuluio Nobiliore:&.Gn.Manlio Volſone conſulibus.Valerius Antias auctor eſt rumorem celebrem Romæ fuiſſe & pene pro certo habitum : recipiendi Scipionis adoleſcentis cauſa conſulem.L.Scipionē & cum eo.P.Africanum in colloquium euocatos regis:& ipſos compræhēſos eſſe:& ducibus captis cō feſtim ad caſtra romana exercitum ductum:eaq; expugnata:& deletas omnes copias romanorum eſſe: ob hæc ætolos ſuſtuliſſe animos:& abnuiſſe imperia facere:principeſq; eoꝝ in Macedoniam:& in dar

Atť.Scipionis ſentētia

Attiliū triūphɔ

Mors Democriti

Triſtis ex Hiſpania

M.Fuluiɔ Gn. Māliꝰ conſ.

danos & in Thraciam ad conducenda mercede auxilia profectos. Hæc qui nunciarent Romam. A. Te/
rentium Varronem: &. M. Claudium Lepidum ab. A. Cornelio proprætore ex Aetolia miſſos eſſe: ſub
texit deinde fabulæ huic legatos ætolos in ſenatum inter cætera hoc quoq; iterrogatos eſſe: unde audiſ
ſent imperatores romanos in Aſia captos ab Antiocho rege: exercitum deletum eſſe: ætolos reſpondiſ
ſe: ab ſuis legatis ſe qui cum conſule fuerint: certiores factos: Rumoris huius quia neminem alium au/
ctorem habeo: neq; affirmata res mea opinione ſit: nec pro uana prætermiſſa. Aetoli legati in ſenatum
introducti: cum & cauſa eos ſua & fortuna hortaretur: ut confitendo ſeu ſuæ culpæ: ſeu errori ueniam
peterent ſupplices: orſi a beneficiis in Popu. Roma. & prope exprobrantes uirtutem ſuā in Philippi bel/
lo: & offenderunt aures inſolentia ſermonis: & eo uetera & oblitterata repetendo rem adduxerunt: ut
haud paulo plurimum maleficiorum gentis: quam beneficiorum memoria ſubiret animos patrum:
& quibus miſericordia opus erat: iram & odium irritarent. Interrogati ab uno ſenatore permitterēt ne
arbitrium de ſe Popu. Roma. deinde ab altero habituri ne eoſdem: quos Popu. Roma. ſocios & hoſtes
eſſent: nihil ad ea reſpondentes egredi templo iuſſi ſunt. Conclamatum deīde prope ab uniuerſo ſena/
tu eſt: totos adhuc Antiochi ætolos eſſe: & ex unica ea ſpe pendere animos eorum: itaq; bellum cū haud
dubiis hoſtibus gerēdum: perdomandumq; feroces animos eſſe: illa etiam res accēdit: quod eo ipſo tē/
pore: quo pacē ab romanis petebant. Dolopiæ atq; Athamaniæ bellum īferebant. Senatus conſultum ī
M. Attilii ſnīam: q Antiochum ætoloſq; deuicerat: factum ē: ut ætoli eo die iuberētur proficiſci ab ur/
be: & ītra quītumdecimum diē Italia excedere. A. Terētius Varro ad cuſtodiēdum iter eorum miſſus:
denunciatumq; ſiqua deīde legatio ex ætolis niſi permiſſū imꝑatoris: q eam prouīciam obtineret: & cū
legato romano ueniſſet Romam: pro hoſtibus omnes futuros: ita dimiſſi ætoli. De prouīciis deīde cō/
ſules rettulerunt: ſortiri eos Aetoliā & Aſiam: q Aſiā ſortitus eēt: exercitus ei: quē. L. Scipio haberet: ē de
cretus: & ī eius ſupplemētum quattuormillia peditum romanorum: ducenti equites: & ſocioꝝ ac latini
noīs ſexmillia peditū: & quadringēti eqtes: his copiis bellū gereret: alteri cōſuli exercitus: q erat ī Aetolia
eſt decretus: & ut ſupplemētū ſcriberet ꝑmiſſum ciuium ſociorumq; eundē numerum: quē collega: na/
ues quoq; idē conſul: quæ priore anno paratæ erant: ornare iuſſus ac ducere ſecum: nec cum ætolis ſolū
bellum gerere: ſed etiam ī Cephaleniam īſulam traiicere: mandatum eidē: ut ſi ꝑ commodum reipu. fa
cere poſſet: ut ad comitia Romam ueniret: nam præterquam quod magiſtratus annui ſubrogādi eēnt:
cenſores quoq; placere creari: ſiqua res eum teneret: ſenatum certiorē faceret ſe ad comitiorū tēpus oc/
currere non poſſe. Aetolia. M. Fuluio: Aſia. Gn. Manlio ſorte euenit. Prætores deīde ſortiti ſunt. L. Po/
ſthumius Albinus urbanam & īter peregrinos. M. Sempronius Tuditanus Siciliam. Q. Fabius Pictor
flamē quirinalis Sardiniam. Q. Fabius Labeo claſſem. L. Plautius Hypſeus Hiſpaniam citeriorē. L. Be/
bius Diues Hiſpaniam ulteriorem. Siciliæ legio una: & claſſis: quæ ī ea prouīcia erat decreta: & ut duas
decimas frumēti prætor imparet ſiculis: earum alteram ī Aſiam: alteram ī Aetoliam mitteret: idem ab
ſardis exigi: atq; ad eoſdē exercitus id frumētum: ad quos ſiculū deportari iuſſum. L. Bebio ſupplemē/
tum in Hiſpaniam datum: mille romani pedites: equites qnquaginta: & ſexmillia peditum latini nomi
nis: &. cc. equites: cum his ſupplemētis ut ſingulas legiones duæ Hiſpaniæ haberēt. Prioris anni magi/
ſtratibus. C. Lællio cum ſuo exercitu prorogatum ī annum imꝑium ē: prorogatum: &. P. Iunio prop/
tori in Ethruria cum eo exercitu: qui in prouincia eēt: &. M. Tucio proprætori ī brutiis & Appulia. Pri/
uſquam in prouīcias prætores irēt: certamē īter. P. Licinium pontificē maximum fuit: &. Q. Fabiū p̄to
rē flāminē quirinalē: quale patrū memoria inter. L. Metellum & Poſthumium Albinum fuerat: conſu
lem illū cum. C. Luctatio collega in Siciliam ad claſſem proficiſcētē ad caſtra retinuerat Metellus ponti
fex maximus: prætorē hunc: ne ī Sardiniā ꝓficiſceref. P. Licinius tenuit: & ī ſenatu & ad populū magnis
contētionibus certatū ē: & imꝑia inhibita ultro citroq;: & pignora capta: & mulctæ dictæ: & tribuni ap
pellati: prouocatū ad populum ē: religio ad poſtremū uicit: ut dicto audiēs eēt flamē pōtifici: & mulctæ
ex iuſſu populi remiſſæ: ita prouincia erepta: prætorē magiſtratu abdicare ſe conantē patres auctorita/
te ſua deterruerunt: & ut ius inter ꝑegrinos diceret: decreuerunt. Delectibus deinde intra paucos dies:
neq; enim multi milites legendi erant: perfectis: conſules prætoreſq; in prouincias proficiſcuntur. Fa/
ma deinde de rebus in Aſia geſtis temere uulgata ſine auctore: & poſt dies paucos nuncii certi litteræq;
imperatoris Romani allatæ: quæ non tantum gaudium ab recenti metu attulerunt: deſierant enim ui
ctum in Aetolia metuere: quam auerterunt famam. quod ineuntibus id bellum grauis hoſtis & ſuis ui
ribus: & quod Annibalem rectorem militiæ haberet: uiſus fuerat: nihil tamen aut de conſule mittēdo
in Aſiam mutandum: aut minuendas eius copias cenſuerunt: me tu ne cum gallis foret bellandum.
Haud multo poſt. M. Aurelius Cotta legatus Scipionis cū Antiochi regis legatis: & Eumenes rex rho/
diiq; Romam uenerunt. Cotta in ſenatu primum deinde in Concionem iuſſu patrum: quæ acta ī Aſia
eſſent: expoſuit: ſupplicatio inde in triduum decreta eſt: &. xl. maiores hoſtiæ immolari iuſſæ. Omniū
primum Eumeni ſenatus datus eſt: is cum breuiter egiſſet gratias patribus: quod obſidione ſe ac fra/
trem exemiſſent: regnumq; ab iniuriis Antiochi uindicaſſent: & gratulatus eſſet: quod mari terraq; ꝓ/
ſpere res geſſiſſent: quodq; regem Antiochum fuſum fugatumq; & exutum caſtris prius Europa poſt
Aſia: quæ cis taurum montem eſt: expuliſſent ſua deinde merita malle eos ex imperatoribus ſuis lega
tiſq;: quam ſe commemorante cognoſci dixit. Hæc approbantibus cunctis iubētibuſque dicere ipſum
omiſſa in id uerecundia quid ſibi ab ſenatu Po. q;. Ro. tribui æquum cēſeret: propēſius cumulatiuſq;: ſi
quo poſſit: ꝓ ut eius merita ſint: ſenatum facturū. Ad ea rex: ſi ab aliis ſibi p̄mioꝝ optio deferref: libē/

Atē. rumores de Scipionibus captis

Senatuſ cōſultū ī ætoloſ

Verba Eumeni ī ſenatu

ter data modo facultate conſulendi ſenatū romanū cōſilio ampliſſimi ordinis uſurū fuiſſe: nequid aut
ĩmoderata cupiſſe:aut petiſſe parū modeſte uideri poſſet:uerū eniuero cū ipſi daturi ſint: multo magis
munificentiã eorū in ſe fratreſq; ſuos ipſorum arbitrii debere eſſe.Nihil hac oratione eius.P.C.deterriti
ſunt:quo minus dicere ipſum iuberent:& cum aliquãdiu hinc indulgentia:hinc modeſtia inter permit
tentes inuicem:non magis mutua:quam inexplicabili facilitate certatū eſſet.Eumenes templo exceſſit.
Senatus in eadẽ perſtare ſententia:ut abſurdū eſſe diceret:ignorare regẽ quid ſperans aut petens uene/
rit:quæ accōmodata regno ſuo ſint:ipſum optime ſcire:Aſiã longe melius:quã ſenatū noſſe: reuocãdū
igitur & cogendū:quæ uellet:quæq; ſentiret:empromere:Reductus a prætore in tẽplum rex & dicere
iuſſus:perſeueraſſem:ĩquit:tacere.P.C.niſi rhodioꝝ legationẽ mox uocaturos uos ſcirẽ:& illis auditis
mihi neceſſitatẽ fore dicendi:quæ quidẽ eo difficilior oratio erit:quod poſtulata eoꝝ futura ſunt:ut nō
ſolū nihil:quod contra me ſit:ſed ne quod ad ipſos quidẽ proprie pertineat:petere uideantur:agent enĩ
cauſam ciuitatū græcarū:& liberari eas dicent debere.quo ĩperato:cui dubiū eſt:quin & a nobis auerſu
ri ſint:non eas modo ciuitates:quæ liberabuntur:ſed etiã ueteres ſtipendiarias noſtras?ſibi autem tan/
to obligatos beneficio uerbo ſocios:re uera ſubiectos ĩperio & obnoxios habituri ſint?& ſi diis placet:
cū has tantas opes affectabunt:diſſimulabunt ulla parte id ad ſe pertinere:uos modo id decedere & con
ueniens eſſe antefactis dicent.Hæc uos ne decipiat oratio:prouidendū uobis erit:neue nō ſolū inæqua/
liter alios nimiū deprimatis ex ſociis ueſtris:alios præter modū extollatis:ſed etiã ne qui aduerſus uos
arma tulerint:meliore ſtatu ſint:quã ſocii aut amici ueſtri.Quod ad me attinet:in his rebus ceſſiſſe in/
tra finẽ iuris mei cuilibet uideri malim:quã nimis pertinaciter in obtinendo contendiſſe in certamine
amicitiæ ueſtræ:beniuolentiæ erga uos:honoris:qui a uobis habebitur:minime æquo animo uici poſ/
ſum:hanc ego maximã hæreditatẽ a patre accepi:qui primus oĩum Aſiã Græciamq; incolentiū in ami
citiã ueſtrã uenit:eamq; perpetua & conſtanti fide ad axtremū finem uitæ perduxit:nec animum dūta/
xat uobis bonū ac fidelẽ præſtitit:ſed omnibus interfuit bellis:quæ in Græcia geſſiſtis terreſtribus na/
ualibuſq;:oĩ genere cōmeatum ita:ut nemo ſociorum ueſtrorum æquari ulla parte poſſit:uos audiuit:
poſtremo cū boetios ad ſocietatẽ ueſtrã hortaretur:in ipſa concione intermortuus haud multo poſt ex
pirauit.Huius ego ueſtigia ingreſſus uoluntate quidẽ & ſtudio incolendis uobis adiicere:& enim ĩexu
Eume/ perabilia hæc erant:nihil potui:rebus ipſis meritiſq; & ĩpenſis officioꝝ ut ſuperare poſſem:fortuna:tẽ/
nes in pora:Antiochus:& bellum in Aſia geſtū præbuerunt materiã.Rex Aſiæ & partis Europæ Antiochus
Ro.po. filiã ſuã in matrimoniū mihi dabat:reſtituebat extẽplo ciuitates:quæ defecerant a nobis:ſpem magnã ĩ
officia poſterū ampliandi regna faciebat:ſi ſecū bellum aduerſus uos geſſiſſem:non gloriabor eo:quod nihil ĩ
uos deliquerim:illa potius:quæ uetuſtiſſima domus noſtræ uobis cum amicitia digna ſunt:referã:pe/
deſtribus naualibuſq; copiis ut nemo ueſtrorū ſocioꝝ me æquiperare poſſet:ĩperatores ueſtros adiuui
commeatus terra mariq; ſuppeditaui:naualibus præliis:quæ multis locis facta ſunt:omnibus affui:nec
labori meo:nec periculo uſquam peperci:quod miſerrimū eſt:in bello obſidionẽ paſſus ſum.Pergami
incluſus cum diſcrimine ultimo ſimul uitæ regniq;:liberatus deinde obſidione cum alia parte Antio/
chus:alia Seleucus circa arcem regni mei caſtra haberent:relictis rebus meis tota claſſe ad Helleſpontū
L.Scipioni conſuli ueſtro occurri: ut eum in traiiciendo exercitu adiuuarem:poſteaquam in Aſiã exer
citus ueſter eſt tranſgreſſus:nunquam a conſule abſceſſi:nemo miles romanus magis aſſiduus ĩ caſtris
ueſtris fuit:quam ego fratreſq; mei:nulla expeditio:nullum equeſtre prælium ſine me factum ẽ:in acie
ibi ſteti:eam partem ſum tutatus:in qua me conſul eſſe uoluit.Non ſum hoc dicturus.P.C.qs hoc bel/
lo meritis erga uos mecum comparari poteſt?ego nulli omnium neq; populorum:neq; regum:quos ĩ
magno honore habetis:non auſum me comparare.Maſiniſſa hoſtis uobis:antequam ſocius fuit:nec ĩ/
columi regno cum auxiliis ſuis:ſed extorris:expulſus:amiſſis omnibus copiis cum turma equitum in
caſtra confugit ueſtra:tamen eum qui in Africa aduerſus Syphacem & Carthaginenſes fideliter atq; ĩ/
pigre uobiſcum ſtetit:non ĩ patrium ſolum regnum reſtituiſtis:ſed adiecta opulentiſſima parte Sypha
cis regni præpotentem iter Africæ reges feciſtis.Quo tandem igitur nos præmio atque honore digni
apud uos ſumus:q nunquam hoſtes:ſemper ſocii fuimus?pater:ego:fratreſq; mei non Aſiam tantum
ſed etiam procul ab domo ĩ Peloponneſo:ĩ Boetia:ĩ Aetolia:Philippi:Antiochi ætolico bello terra ma/
riq; pro uobis arma tulimus.Quid ergo poſtulas?dicat aliqs:ego.P.C.quoniam dicere utiq; uolẽtibus
uobis parendum eſt:ſi uos ea mente ultra Tauri iuga Antiochū eieciſtis:ut ipſi teneretis eas terras: nul/
los accolas nec finitimos habere:quam uos malo:nec ulla alia re tutius ſtabiliuſq; regnum meum futu
rum ſpero:ſed ſi uobis decedere ĩde atq; deducere exercitus ĩ aĩo eſt:neminem digniorem eſſe ex ſociis
ueſtris:q bello a uobis parta poſſideat:quam me dicere auſim.At enĩ magnificum eſt liberare ciuitates
ſeruas:ita opinor:ſi nihil hoſtile aduerſus uos fecerunt:ſin autẽ Antiochi partis fuerunt:quanto ẽ uẽa
prudẽtia & æquitate dignius ſociis bene meritis quam hoſtibus uos cōſulere.Grata oratio regis patri/
bus fuit:& facile apparebat munifice oĩa & propenſo aĩo facturos.Interpoſita ſmyrnæorum breuis le/
Smyr/ gatio eſt:qa non aderant qdam rhodiorū.Collaudatis egregie ſmyrneis:quod oĩa ultima pati:quam ſe
neoꝝ le regi tradere uoluiſſent:introducti rhodii ſunt.Quorum prĩceps legationis expoſitis initis amicitiæ cū
gatio Popu.Roma.meritiſq; rhodiorum:Philippi prius:deinde Antiochi bello nihil:inqt:nobis tota noſtra
Rho/ actione.P.C.neq; difficilius:neq; moleſtius eſt:quam quod cum Eumene nobis diſceptatio eſt : cū quo
diorū le uno maxime regum & priuatum ſingulis:& quod magis nos mouet:publicū ciuitati noſtræ hoſpitiū
gatio eſt:cæterum non animi noſtri.P.C.nos:ſed rerū natura:q potẽtiſſima ẽ:diſiungit:ut nos liberi ẽt alioꝝ

libertatis cauſam agamus:reges ſerua omnia & ſubiecta ĩperio ſuo eẽ: uelint.Vtcunq; tamẽ res habet:
magis uerecundia noſtra aduerſus regẽ nobis obſtat:q̃ ipſa diſceptatio:aut nobis ĩpedita eſt : aut uobis
ꝑplexam deliberationẽ ꝓbitura uidet̃.Nam ſi aliter ſocio & amico regi & benemerito hoc ipſo ĩ bello:
de cuius præmiis agitur:honos haberi nullus poſſet:niſi liberas ciuitates traderetis ei : eſſet deliberatio
anceps ne aut regẽ amicum ĩ honoratum dimitteretis:aut decederetis inſtituto ueſtro:gloriã Philippi
bello partã nunc ſeruitute tot ciuitatũ deformaretis:ſed ab hac neceſſitate aut gratiæ ĩ amicum minu
endæ aut gloriæ ueſtræ egregie uos fortuna uĩdicat.Et.n.deum benignitate nõ glorioſa magis:q̃ diues
uictoria ueſtra:quæ uos facile iſto uelut ære alieno exoluat:nam & Lycaonia:& Phrygia utraq;: & Py/
ſidia omnis: & Cherſõneſus quæq; circuniacẽt Europæ:ĩ ueſtra ſunt poteſtate quarum una quælibet
regi adiecta multiplicare regnũ Eumenis poteſt:oẽs uero datæ maximis eũ regibus ꝑferre: licet ergo
uobis & præmiis belli ditare ſocios:& nõ decedere ĩſtituto ueſtro.Debetis etiã meminiſſe quẽ titulũ
ꝓtenderitis prius aduerſus Philippũ:nunc aduerſus Antiochũ belli:qd feceritis Philippo uicto : qd nũc
a nobis non magis qa feciſtis:q̃ quia id uos facere decet:deſideret̃:atq; expectetur : alia.n.aliis oneſta &
probabilis eſt cauſa armoꝝ:illi agrum:hi uicos:hi oppida:hi oprtus oramq; aliq̃ maris ut poſſideant:
uos nec cupiſtis hæc anteq̃ haberetis:nec nunc cum orbis terrarum ĩ dicione ueſtra ſit:cupere poteſtis:
pro dignitate & gloria apud omne humanũ genus:quod ueſtrum nomen ĩperiumq; iuxta ac deos im
mortales iampridem ĩtuetur:pugnatis:quæ parare & quærere arduum fuit : neſcio an tueri difficilius
ſit.Gẽtis uetutiſſimæ nobiliſſimæq; uel fama reꝝgeſtaꝝ:uel oĩ cõmẽdatione hũanitatis doctrinarũq;
tuẽdã ab ſeruitio regio libertatẽ ſuſcepiſtis:hoc patrocinium receptæ ĩ fidẽ &cliẽtelam ueſtrã uniuerſæ
perpetuũ uos ꝓſtare:decet.Nõ quæ ĩ ſolo modo antiquo ſunt græce magis urbes ſunt:q̃ coloniæ eaꝝ
illinc quonda profectæ ĩ Aſiã nec terra mutata mutauit genus aut mores certare pio certamine cuiuſ/
libet bonæ artis ac uirtutis auſi ſumus cum parentibus:quæq; ciuitas & conditoribus ſuis:adiſtis aſiæ
urbes plæriq;:niſi quod a uobis lõgius abſumus:nulla uincimur alia re.Maſſiliẽſis:quos ſi natura ĩſita Maſſili
uelut ĩgenio terræ uĩci poſſet:iampridẽ efferaſſent tot ĩdomitæ circunfuſæ gẽtes ĩ eo honore: ĩ ea me/ enſium
rito dignitate audimus apud uos eſſe:ac ſi mediũ umbilicum Græcie ĩcolerent non.n. ſonum modo laus
linguæ ueſtitumq; & habitũ:ſed ante oĩa mores:& leges:& ĩgenium ſyncerum ĩtegrũq; a contagione
accolaꝝ ſeruarunt.Terminus eſt nunc ĩperii ueſtri mõs taurus:quicquid ĩtra eũ cardinẽ eſt : nihil lon/
ginquum uobis uideri debet:quo arma ꝑuenerunt:eodẽ ius hinc profectũ ꝑueniat.Barbari:qbus pro
legibus ſemꝑ dominoꝝ ĩperia fuerunt:quo gaudẽt:reges habeant: græci ſuã fortunã: ueſtros aĩos ge/
rũt:domeſticis quondam uiribus ẽt ĩperium amplectebantur:nunc ĩperium ubi ẽ: ibi ut ſit perpetuũ
optant:libertatem ueſtris tueri armis ſatis habent:quoniã ſuis non poſſunt. At enim quũdam ciuita/
tes cum Antiocho ſenſerunt:& aliæ prius cum Philippo:& cum Pyrrho:tarẽtini ne alios populos enu
merem Carthago libera cum ſuis legibus eſt: huic ueſtro exẽplo quantum debeatis : uidete.P.C. in/
ducetis in aĩum negare Eumenis cupiditati:qđ iuſtiſſimæ iræ ueſtræ negaſtis. Rhodii & in hoc & in
oĩbus bellis:q̃ in illa hora geſſiſtis.q̃ forti fideliq; oꝑa uos adiuuerimus:ueſtro iudicio relinqmus:nũc ĩ
pace id cõſilium afferrimus:qđ ſi cõprobaritis: magnificẽtius uos uictoria uſos eẽ: quã uiciſſe oẽs æſti/
maturi ſint. Apta magnitudini romanæ oratio uiſa eſt.Poſt rhodios Antiochi legati uocati ſunt :ĩ uul
gato detẽtium ueniã more errorẽ faſſi regis obteſtati.P.C.ut ſuæ potius clæmẽtiæ:q̃ regis culpæ:q ſa/ Pax An
tis ſupq; pœnaꝝ dediſſet memores cõſulerẽt:poſtremo pacẽ datam a.L.Scipione impatore:qbus legi tiocho
bus dediſſet:cõfirmarẽt auctoritate ſua.Et ſenatus eã pacẽ ſeruãdam cẽſuit:& paucos poſt dies popu/ cõceſſa
lus iuſſit:fœdus in capitolio cũ Antipatro principe legationis & eodẽ fratris filio regis Antiochi ẽ ictũ.
Auditæ deinde & aliæ legationes ex Aſia ſunt:qbus oĩbus datum ẽ reſponſum decẽ legatos more ma
ioꝝ ſenatum miſſuꝝ ad res Aſiæ diſceptãdas componẽdaſq;:ſummã tamẽ hãc fore:ut cis tauꝝ mon/
tem:q̃ infra regni fines Antiochi fuiſſent.Eumeni attribuerent̃ ꝑter Lyciam Cariãq;:uſq; ad mæandꝝ
amnem eæ ciuitates rhodioꝝ eẽnt.Cæteræ ciuitates Aſiæ q̃ in Attali ſtipẽdiariæ fuiſſent:eædem Eu/
meni uectigal pẽderẽt: quæ uectigales fuiſſent Antiochi:eæ liberæ atq; ĩmunes eẽnt.Decẽ legatos hos Publicũ
decreuerunt.Q.Minutium Ruffum.L.Furiũ Purpurionẽ.Q.Minutium Teremũ: Appiũ Claudium decretũ
Neronẽ.Gn.Cornelium Merulã.M.Iuniũ Brutum.L.Aurũculeium.L.Aemyliũ Paulum.P. Corne/ de aſiæ
lium Lentulum.P.Elium Tuberonẽ.His quæ ꝓſentis diſceptationis eẽnt libera mandata de ſumma rebus
reꝝ ſenatus conſtituit.Lycaoniam omnẽ & Phrigiam utrãq; & Myſias regias ſiluas & Lydiæ Ioniæq; cõponẽ
extra oppida q̃ libera fuiſſent:quo die cum rege Antiocho pugnatum ẽ:& nominatim Magneſiam & dis
Cypilum & Cariam q̃ Hydrella appellat̃:agrũq; hydreletanũ ad Phrigiã uergẽtem: & caſtella uicoſq;
ad mæandrũ amnẽ:niſi q̃ libera ante bellũ fuiſſent:Thelmeſſontẽ noĩatim & caſtra thelmeſſiũ præter
agrum:q Ptolemæi thelmeſſii fuiſſet:hæc oĩa:quæ ſupra ſcripta ſunt:regi Eumeni iuſſã dari.Rhodiis
Lycia data:quæ extra eundẽ Thelmeſſontẽ & caſtra thelmeſſium:& agrũ q Ptolemæi thelmeſſii fuiſ/
ſet:hæc & ab Eumene:& ab rhodiis excepta.Ea quoq; his pars data Cariæ:q̃ ꝓpe Orchoꝝ ĩſulã trans
mæandrum amnẽ eſt:oppida uici:caſtella:agri:q ad Pyſidiã uergunt: niſi quæ eoꝝ oppida in libertatẽ
fuiſſent:pridie quã cum Antiocho rege in Aſia pugnatũ ẽ.Pro his cum gratias egiſſent:rhodii:de Solis
urbe:quæ in Cilicia ẽ:egerunt: Argis & illos ſicut ſeſe oriundos eẽ:ab ea germanitate fraternã ſibi cum
iis caritatẽ eẽ:petere hoc extraordinarium munus ut eam ciuitatẽ ex ſeruitute regia eximerent. Vocati
ſunt legati regis Antiochi:actumq; cũ iis:nec qcquã ĩpetratum ẽ teſtante fœdera Antipatro:aduerſus q̃
ab rhodiis non Solos:ſed Ciliciam peti:& iuga tauri tranſcendi.Reuocatis in ſenatum Rhodiis: cum

quātopere tenderet:legatus regius:expoſuiſſent:adiecerūt:ſi utiqꝫ eā rem ad ciuitatis ſuæ dignitatē ꝑti/
nere cenſerent rhodii:ſenatum omnimodo expugnaturum pertinaciā legatorum. Tum uero impen/
ſius:q̄ ante rhodii gratias egerunt:ceſſuroſq̄ſe potius arrogantiæ Antipatri:q̄ cauſas turbandæ pacis ꝑ/
bituros dixerūt:ita nihil de Solis mutatum eſt.Per eos dies:quibus hæc geſta ſunt:legati maſſilienſiū

L.Bebius a Liguribuſ circūuētus cū paucis euaſit

nunciarunt.L.Bebium prætorem ī prouinciā Hiſpaniam proficiſcentē ab liguribus circunuentū ma/
gna parte comitū cæſa:uulneratū ipſum cum paucis ſine lictoribus Maſſiliā profugiſſe: & intra triduū
expiraſſe.Senatus ea re audita decreuit uti.P.Iunius Brutus:qui proprætor in Ethruria eſſet:prouincia
exercituq̄ꝫ traditis uni:cui uidereť ex legatis:ipſe in ulteriorē Hiſpaniam ꝓficiſcereť: eaqꝫ ei ꝓuīcia eēt
Hoc ſenatus conſultū:litteræqꝫ a Spurio Poſthumio prætore ī Ethruria miſſæ ſunt: profectuſqꝫ ī Hi/
ſpaniam eſt.P.Iunius proprætor:in qua ꝓuincia prius aliquanto:quam ſucceſſor ueniret.L.Aemylius
Paulus:q poſtea regē Perſen magna gloria uicit:cum priore anno haud ꝓſpere rē geſſiſſet:tumultuario
exercitu collecto ſignis collatis cum luſitanis pugnauit fuſi fugatiqꝫ ſunt hoſtes: cæſa.x.& octomillia ar
matoꝝ:triamillia.ccc.capti:& caſtra expugnata:huius uictoriæ fama tranqlliores res ī Hiſpania fecit.

Bononia Colonia

Eodem anno ante diem.iii.Kalēdas Ianuarias Bononiā latinam coloniā ex ſenatus cōſulto.L. Vale/
rius Flaccus.M.Acilius Serranus.L.Valerius Tappo triūuiri deduxerūt:triamillia hoīum ſunt deducta
eqtibus ſeptuagena iugera:cæteris coloniis qnquagena ſunt data:ager captus de gallis boiis fuerat: gal/
li tuſcos expulerāt.Eodē anno cēſuram multi & clari uiri petierunt:q̄ res tanq̄ ī ſe paꝝ magni certami/
nis cām haberet:aliam contentionem multo maiorem excitauit:petebant.T. Quintius Flaminius.P.

M.Attilio a tri.pl.dicta eſt dies

Cornelius.Gn.filius Scipio.L.Valerius Flaccus.M.Portius Cato.M.Claudius Gelo.M.Attilius Gla/
brio:q Antiochum ad Thermopylas ætoloſqꝫ deuicerat.In hunc maxime quod multa concilia habue
rat:qbus magnam partem hominum obligarat:fauor populi ſe īclinabat.Id cum ægre paterentur tot
nobiles nouum ſibi hominem tantum ꝓferri.P.Sempronius Gracchus:&.C.Sēpronius Rutilius tri/
buni plebis ei diē dixerūt:qđ pecuniæ regiæ ꝓdæqꝫ aliquantum captæ ī Antiochi caſtris:neqꝫ ī triūpho
tuliſſet:neqꝫ ī ærarium detuliſſet.Varia teſtimonia legatoꝝ tribunorumqꝫ militum erāt.M.Cato ante
alios teſtes conſpiciebatur:cuius auctoritatē perpetuo tenore uitæ partā toga candida eleuabat: is teſtis
quæ uaſa aurea atqꝫ argētea captis caſtris inter aliā regiam ꝓdam uidiſſet:ea ſe in triumpho negabat ui
diſſe poſtremo in huius maxime inuidiā deſiſtere ſe petitione Glabrio dixit:quandoqdē taciti indigna
renť nobiles hoīes:ideoqꝫ nouus competitor īæſtimabili periurio interceſſerit centummilliū mulcta
irrogata erat:bis de ea certatū eſt:tertio cum de petitione deſtitiſſet reus:nec populus de mulcta ſuffra/
giū fere uoluit & tribuni eo negotio deſtiterunt.Cenſores.T.Quintius Flaminius.M.Claudius Mar/
cellus creati.Per eoſdem dies.L.Aemylio Regillo:qui claſſe præfectum Antiochi regis deuicerat extra
urbem ī æde Apollinis cum ſenatus datus eſſet:auditis rebus geſtis eius q̄tis cū claſſibus hoſtiū dimi/
caſſet:quot ide naues demerſiſſet:aut cepiſſet magno conſenſu patrū triumphus naualis eſt decretus:
triūphauit Kalēdis februariis ī eo triūpho:unde quinquaginta coronæ aureæ tranſlatæ ſunt: pecunia
nequaq̄ tanta pro ſpecie regii triumphi: tetracina attica.cc.xxxiii.m.cyſtophori.ccc.xxxii.millia Sup/
plicationes deinde fuerunt ex ſenatuſconſulto:quod.L.Aemylius in Hiſpania proſpere remp.geſſiſſet.

Aſiatici cognomen

Haud ita multo poſt.L.Scipio ad urbē uenit:q ne cognomini fratris cederet.Aſiaticū ſe appellari uo
luit:& ī ſenatu & in cōciōe de rebus ab ſe geſtis diſſeruit.Erāt:q fama id maius bellum:q̄ difficultate rei
fuiſſe īterꝑtarenť:uno memorabili ꝓlio debellatū:gloriāqꝫ eius uictoriæ defloratā ad Thermopylas eē.
Cæteꝝ uere eſtimāti ætolicū magis ad Thermopylas bellū:q̄ regiū fuit:quota.n.parte uiriū ſuaꝝ ibi di
micauit Antiochus:in Aſia totius Aſiæ ſteterūt uires ab ultimi oriētis ꝑtibus oīum gētiū cōtractis au/
xiliis:merito ergo & diis īmortalibus:q̄tus maximus poterat:habitus ē honos:qđ īgētē uictoriā facilē
ēt feciſſent:impatori triūphus eſt decretus:triūphauit mēſe ītercalario pridie Kalēdas martias:q trium
phus ſpectaculo oculoꝝ maior:q̄ Africani fratris eius fuit:recordatiōe reꝝ & æſtimatiōe ꝑiculi certami

Aſiatici Scipiōis triūpho

niſqꝫ nō magis cōparādus:q̄ ſi impatorē impatori:aut Antiochū ducē Annibali cōferres. Tulit in triū/
pho ſigna militaria.ccxxiiii.oppidoꝝ ſimulacra.cxxxiiii.eburneos dētes.mccxxxi.aureas coronas.ccxx/
xiiii.argēti pōdo.cxxxvii.millia &.ccccxx.tetracinū atticoꝝ.ccxiiii.millia.cyſtophori.ccc.xxxi.millia &
lxx.nūmos aureos philippeos.cxl.millia uaſoꝝ argenteoꝝ oīa cælata erāt:mille pondo &.ccccxxiiii.au
reoꝝ mille pōdo.xxiiii.& duces regii ꝓfecti:& purpurati duo:&.xxx.ante currū ducti.Militibus qni ui
ceni denarii dati: duplex cēturioni:triplex eqti:& ſtipēdiū militare & frumentū duplex poſt triūphū da
tū:ꝓlio ī Aſia facto duplex dederat.Triūphauit āno fere:poſteaq̄ cōſulatu abiit.Eodē fere tpe.Gn.Mā/
lius cōſul in Aſiā:&.Q.Fabius Labeo ꝓtor ad claſſem uenit:cæteꝝ cōſuli nō deerat cū gallis belli mate
ria.mare pacatū erat deuicto Antiocho:cogitātiqꝫ Fabio:cui rei potiſſimum īſiſteret:ne ocioſam ꝓuin/
ciā habuiſſe uideri poſſet:optimū uiſum ē ī Cretā īſulā traiicere:Cydoniatæ bellū aduerſus cortynæos

Quæ a Fabio labeōe ī Creta geſta

gnoſioſqꝫ gerebāt:& captiuoꝝ romanoꝝ atqꝫ italici generis magnus numerus ī ſeruitute eē p totā īſu/
lam dicebať.Claſſe ab Epheſo ꝓfectus:cū primū Cretæ littus attigit:nūcios circa ciuitates miſit ut ar/
mis abſiſterēt:captiuoſqꝫ ī ſuis quēqꝫ urbibus agriſqꝫ cōqſitos reducerēt:& legatos mitterēt ad ſe: cum
qbus de rebus ad cretēſes pariter romanoſqꝫ ꝑtinētibus ageret:nihil magnoꝑe ea cretenſes mouerunt:
captiuos ꝓter cortynios nulli reddiderūt.Valerius Antias ad.iiii.millia captiuoꝝ:qa belli minas timue
runt:ex tota īſula reddita ſcripſit:eāqꝫ cām Fabio cum rē nullā aliam geſſiſſet:naualis triumphi īpetrā/
di ab ſenatu fuiſſe:ac Epheſum Fabius rediit:īde tribus nauibus ī Thraciæ oram miſſis:ab Aeno & Ma
ronia ꝓſidia Antiochi deduci iuſſit:ut ī libertate eæ ciuitates eſſent.

# TITI LIVII PATAVINI HISTORICI DE BELLO MACEDONICO ET ASIATICO. LIBER OCTAVVS.

CVM IN Aſia bellum gerit̃:ne in Aetolia qdem qe res fuerãt principio
a gẽte athamanũ orto. Athamania ea tẽpeſtate pu[...] Amynãdro ſub ꝑfe
ctis Philippi regio tenebat̃ ꝑſidio:q ſupbo ac imo[...]o iperio deſiderium
Amynandri fecerãt:exulanti tum Amynãdro in Aetolia litteris ſuoꝝ idi
cantium ſtatum Athamaniæ:ſpes recupandi regni facta eſt: remiſſiq; ab
eo nũciant prĩcipibus Argitheam:id.n.caput Athamaniæ erat ſi popula/
rium aĩos ſatis ꝑſpectos haberẽt:ĩpetrato ab Aetolis auxilio in Athama/
niam ſe uentuꝝ:delectis qđ cõſilium eẽt gentis & Nicandro ꝑtore: quos
ubi ad oĩa paratiores eẽ uidit:certiores ſubĩde facit:quo die cum exercitu
Athamaniã ĩgreſſurus eẽt. Quattuor primo fuere cõiurati aduerſus ma
cedonum ꝑſidium:biſſenos adiutores ſibi ad rem gerẽdam aſſumpſerũt
deinde paucitate paꝝ fræti:q̃ celande rei quã agẽdæ aptior erat:parẽ prio
ri numeꝝ adiecerũt. Ita duo &.xxx.facti quadrifariam ſe diuiſerunt:pars
una Heracleam:altera Tetrapyliam petit:ubi cuſtodia regiæ pecuniæ eẽ ſolita erat:tertia Theudoriam
quarta Argitheam. Ita inter omnes conuenit:ut primo quieti uelut ad priuatam rem agendam uenif/
ſent in foro obuerſarentur:die certa multitudinem omnem conuocarent ad ꝑſidia macedonum arci/
bus expellenda. Vbi ea dies aduenit:& Amynander cum mille ætolis ſe in finibus poſuerat:ex cõpoſito
quattuor ſimul locis ꝑſidia macedonũ expulſa:litteræq; ĩ alias urbes paſſim dimiſſæ ut uindicarẽt ſeſe
ab impotẽti dominatione Philippi:& reſtituerẽt Amynãdrum in patriũ ac legitimũ regnũ:undiq; ma  Amy/
cedones expellunt̃. Theium oppidũ litteris a Zenone ꝑfecto ꝑſidii ĩterceptis:& arce ab regiis occupata  nãder ĩ
paucos dies obſidẽtibus reſtitit:deĩde id quoq; traditum Aminandro ẽ:& oĩs Athamania in poteſtate  regnũ
erat ꝑter Atheneum caſtellũ finibus Macedoniæ ſubiectũ. Philippus audita defectione Athamaniæ cũ  ꝓditio/
ſexmillibus armatoꝝ ꝓfectus ĩgẽti celeritate Gomphos ꝑuenit:ibi relicta maiore parte exercitus:neq;  nẽ reſti
enim ad tanta itinera ſuffecerãt:cũ duobuſmillibus Atheneum:qđ unũ a ꝑſidio ſuo retẽtũ fuerat:ꝑue/  tuit̃
nit:ĩde ꝓximis tẽptatis cum facile aĩaduertiſſet cætera hoſtilia eẽ:Gomphos regreſſus oĩbus copiis ſi/
mul in Athamaniã rediit. Zenonem idẽ cum mille peditibus ꝑmiſſum Ethopiam occupare iubet op/
portune Argitheæ ĩminẽtem:quẽ ubi teneri a ſuis locum uidit:ipſe circa templum Ioui ſacrum poſuit
caſtra:ibi unũ diẽ fœda tẽpeſtate retẽtus poſtero die ducere ad Argitheã ĩtendit. Eũtibus extẽplo appa
ruere athamanes ĩ tumulos ĩminẽtis uiæ diſcurrẽtes:ad quoꝝ conſpectum cõſtitere prĩa ſigna:totoq;
agmĩe timor & trepidatio erat:& ꝓ ſe qſq;:qdnam futurum eẽt:cogitare:ſi in ualles ſubiectas rupibus
agmen foret dimiſſum:hæc tumultuatio regem cupientẽ:ſi ſe ſequerentur:raptim euadere anguſtias:
reuocare primos:& eadem:qua uenerat:uia referre coegit ſigna. Athamanes primo ex interuallo quie/
ti ſequebantur:poſteaq̃ ætoli ſe coniunxerunt:hos ut ab tergo agmini inſtarent: reliquerunt: ipſi a la/
teribus ſe circũfunderunt:quidam per notos calles breuiore uia prægreſſi tranſitus inſedere: tantumq;
tumultus macedonibus ẽ iniectũ:ut fugæ magis effuſæ:q̃ itineris ordinati modo multis armis uiriſq;
relictis flumen traiecerĩt: his finis ſequendi fuit:inde tuto macedones Gomphos:& a Gomphis ĩ Ma/
cedoniam redierunt: Athamanes ætoliq; Ethopiã ad Zenonem ac mille macedonas opprimẽdos un/
diq; concurrerunt:macedones parum fræti loco ab Ethopia in altiorem deruptioremq; undiq; tumu
lum conceſſere:quo pluribus locis aditu inuento expulere eos athamanes: diſperſoſq; & ꝑ inuias atq;
ignotas rupes iter:fugæ non expedientes partim ceperunt : partim interfecerunt : multi pauore in de/
rupta ꝑcipitati:perpauci cum Zenone ad regẽ euaſerunt:poſtea per inducias ſepeliendi cæſos poteſtas
facta ẽ. Amynãder recupato regno legatos Romã ad ſenatũ & ad Scipiones ĩ Aſiã Epheſi poſt magnũ
cũ Antiocho ꝓliũ morãtes miſit:pacẽ petebat:excuſabatq; ſeſe:qđ ꝑ ætolos recupaſſet paternũ regnum
Philippum ĩcuſabat. Aetoli ex Athamania in Amphilochos profecti ſunt: & maioris partis uoluntate
in ius dicionemq; totam redegerũt gentẽ:amphilochia recepta: nam fuerat quondam ætoloꝝ:eadem  Aetolo
ſpe in aperantiã tranſcenderunt:ea quoq; magna ex ꝑte ſine certamine ĩ deditionẽ uenit. Dolopes nũq̃  rũ ſuc/
ætoloꝝ fuerant. Philippi erant:hi primũ ad arma concurrerunt:cæteꝝ poſteaq̃ amphilochos cũ ætolis  ceſſus
eſſe: fugãq; ex athemania Philippi & cædẽ ꝑſidii eius accepe:& ipſi a Philippo ad ætolos deficiũt. Qui/
bus circũiectis gentibus iã undiq; ſe a macedonibus tutos credẽtibus eſſe ætolis: fama affert̃ antiochũ
in aſia uictũ ab romanis: nec ita multo poſt legati ab Roma rediere ſine pacis ſpe. Fuluiũq; conſulẽ nun
ciantes iam cũ exercitu traieciſſe. His territi prius ab Rhodo & athenis legationibus excitis: ut ꝑ aucto
ritatẽ ciuitatum ſuæ ꝑces nuꝑ repudiatæ faciliorẽ aditum ad ſenatum haberent:prĩcipes gẽtis ad tem/
ptãdum ultimã ſpem Romã miſerunt:nihil ne bellũ haberent:priuſq̃ pene ĩ conſpectu hoſtis:erat:præ
meditati. Iam.M.Fuluius appoloniã exercitu traiecto cũ epirotaꝝ prĩcipibus conſultat : unde bellum
inciperet epirotis ambraciã placebat aggerdi:q̃ tum contribuerat ſe ætolis: ſiue ad tuendã eam uenirẽt
ætoli apertos circa campos ad dimicandũ eſſe ſiue detrectarent certamen oppugnationẽ fore haud dif/
ficilẽ:nam & copiam ĩ propĩquo materiæ ad aggeres excitandos & cætera oꝑa eſſe : & arethontẽ naui/  Ambra
gabile amnem opportunũ ad cõportanda:q̃ uſui ſint:ꝑter ipſa mœnia fluere:& æſtatẽ aptam rei geren  ciæ ur/
de adeſſe: his ꝑſuaſerunt:ut ꝑ Epiꝝ duceret. Conſuli ad ambraciã uenĩeti magni opis oppugnatio ui/  biſ ſituſ
ſa eſt:ambracia tumulo aſpero ſubiecta eſt. Perranthem incolæ uocant:urbs:qua murus uergit in cam

poſ & flumen occidentē:arx:q̄ poſita in tumulo eſt:oriētem ſpectat amnis arethon ex acarnania fluens
cadit:ī ſinū maris ab noīe propinquæ urbis ambraciū appellatum:p̄terq̄ qđ hinc amnis munit:hinc tu
muli:muro quoqꝫ firmo ſepta erat patente in circuitu paulo amplius triamillia paſſuū. Fuluius bina a
campo caſtra modico inter ſe diſtantia interuallo:unū caſtellum loco edito contra arcem obiecit:ea oīa
uallo ac foſſa iungere parat:ne exitus incluſis ab urbe:neue aditus foris ad auxilia intromittenda eſſet
ad famā oppugnationis ambraciæ Stratū iam edicto Nicandri p̄toris conuenerant ætoli: īde primo co
piis oībus ad ꝓhibendā obſidionem uenire in aīo fuerat:deīde poſteaq̄ urbem iā magna ex parte ope/
ribus ſeptā uiderunt:epirotaꝝ trans flumen loco plano caſtra poſita eſſe:diuidere copias placuit: cum
mille expeditis Eupolemus ambraciā profectus ꝑ nondū commiſſa inter:ſe munimenta urbē intrauit
Nicandro cum cæteris primo epirotaꝝ caſtra nocte aggredi conſiliū fuerat haud facili ab romanis au/
xilio:quia flumen intererat:deinde ꝑiculoſum īceptum ratus nequa ſentirent romani: & regreſſus īde
in tuto non eſſet:deterritus ab hoc conſilio ad depopulandū acarnaniam iter conuertit. Conſul iā mu/
nimentis:q̄bus ſepienda urbs erat:iam opibus:quæ admouere muris parabat:ꝑfectis: qnqꝫ ſimul locis
mœnia eſt aggreſſus:tria paribus interuallis faciliore aditu a cāpo aduerſus Pyrrheū: quod uocant:ad/
mouit:unus aduerſus arcē aries muros quatiebat:aſſeribus falcatis detergebat pīnas: Oppidanos pri/
mo & ad ſpeciē & ad ictus mœniū cum terribili ſonitu editus pauor ac trepidatio cœpit:deinde ut p̄ter
ſpē ſtare muros uiderunt:collectis rurſus aīs in arietes tellenonibus libramenta plumbi aut ſaxorū ſti/
pites robuſtos īcutiebant:falces anchoris ferreis iniectis ī īteriorem partem muri trahentes aſſerē per/
Ambra ciensis oppu/gnatio
frīgebant:ad hoc eruptionibus nocturnis ī cuſtodias operum:& diurnis ī ſtationes ultro terrorem ī/
ferebant.In hoc ſtatu res ad Ambraciam cum eēnt:iā ætoli a populatione Acarnaniæ Stratū redierant:
īde Nicander ſpem nactus ſoluendæ īcepto forti obſidionis.Nicodemum quēdā cum ætolis quīgen/
tis Ambraciā ītromittit:noctem certam tempuſqꝫ ēt noctis conſtituit:quo & illi ab urbe opera hoſtiū
quæ aduerſus Pirrheum erant aggrederent̄:& ipſe ad caſtra romana terrorē faceret: poſſe ratus anci/
piti tumultu & nocte augēte pauorem memorabilē rem geri.Et Nicodemus ītempeſta nocte: cū alias
cuſtodias fefelliſſet:per alias īpetu conſtanti erupiſſet:ſuperato brachio in urbem penetrat:animiqꝫ ali/
quantum ad oīa audenda & ſpei obſeſſis adiecit:& ſimul conſtituta nox uenit: ex cōpoſito repēte opa
eſt aggreſſus:id inceptū conatu quā effectu grauius fuit:q̄a nulla ab exteriore parte uis admota eſt:ſeu/
metu deterrito p̄tore ætolorum:ſeu quia potius uſum ē Amphilochis opē ferre nuper receptis: quos
Perſeus Philippi filius miſſus ad Dolopiā Amphilochoſqꝫ recipiēdos ſumma ui oppugnabat. Tribus
locis ſicut ante dictū eſt:ad Pyrrheū opera romana erāt:q̄ oīa ſimul:ſed nec apparatu:nec ui ſimili ætoli
aggreſſi ſunt:alii cum ardentibus facibus:alii ſtupā picemqꝫ & maleolos ferentes tota collucente flāmis
acie aduenere:multos primo impetu cuſtodes oppreſſerūt:deīde poſteaq̄ clamor tumultuſqꝫ in caſtra
eſt ꝑlatus:datumqꝫ a conſule ſignum:arma capiūt:& oībus portis ad opē ferēdam effundunt̄:uno loco
ferro igniqꝫ geſta res ē a duobus irrito īcepto cū īntēptaſſent:magis q̄ iniſſent certamen:ætoli abſceſſe/
rūt.Atrox pugna ī unū īclinauerat locū:ibi diuerſis partibus duo duces Eupolemus & Nicodemus pu
gnantes hortabant̄:& ꝓpe certa fouebant̄ ſpe:iam Nicādrum excōpoſito affore:& terga hoſtiū īuaſuꝝ
Hæc res aliquādiu aīos pugnātium ſuſtinuit:cæteꝝ poſteaq̄ nullū excōpoſito ſignū a ſuis accipiebant:
& creſcere numeꝝ hoſtiū cernebāt:deſtituti ſegnius īſtare:poſtremo re omiſſa iam uix tuto receptu fu
giētes in urbē cōpellunt̄:parte opeꝝ īcenſa & pluribus aliquāto:quā ipſi ceciderāt:īterfectis:qđ ſi excō
poſito acta res fuiſſet:hađ dubium erat expugnari una utiqꝫ parte opa cū magna cæde hoſtiū potuiſſe.
Labo/riosa Ambra ciēsium oppu/gnatio
Ambracienſes quiqꝫ ītus erant ætoli:nō ab eius ſolum noctis īcepto receſſere:ſed in reliquū quoqꝫ tp̄s
uelut ꝓditi a ſuis ſegniores ad ꝑicula erāt:iam nemo eruptionibus:ut ante ī ſtationes hoſtiū:ſed diſpo/
ſiti ꝑ muros & turres ex tuto pugnabāt.Perſeus ubi adeſſe ætolos audiuit:omiſſa obſidiōe urbis:q̄ op/
pugnabat:depopulatus tātum agros Amphilochiam redit.Et ætolos inde auocauit populatio mariti/
mæ oræ:Pleuratus illyricoꝝ rex cum ſexaginta lembis corīthium ſinum īuectus achæoꝝ:quæ partis
erant nauibus maritima ætholiæ uaſtabat:aduerſus quos mille ætoli miſſi:quacūqꝫ ſe claſſis circūege/
rat:ꝑ littoꝝ anfractus breuioribus ſemitis occurrebāt.Et romani ad Ambraciam pluribus locis qua/
tiendo arietibus muros aliquātum urbis nudauerāt:nec tamē penetrare in urbē poterāt:nā & pari cele
ritate nouus ꝓ diruto murus obiiciebat̄:& armati ruinis ſupſtantes īſtar munimēti erāt.Itaqꝫ cū apta
ui paꝝ ꝓcederet cōſuli res:cuniculum occultum uineis ante contecto loco agere inſtituit:& aliquādiu
cum dies nocteſqꝫ in ope eēnt:nō ſolum ſub terra fodiētes:ſed egerētes ēt humū fefellere hoſtē:cumu
lus repēte terra eminēs īdex opis oppidanis fuit:pauidiqꝫ ne iam ſubrutis muris facta ī urbem uia eēt:
foſſam ītra muꝝ e regiōe eius opis:qđ uineis cōtectum erat:ducere īſtituūt:cuius:ubi ad tantā altitudi
nem quātæ eē ſolum īfimū cuniculi poterat:ꝑuenerūt:ſilētio facto pluribus locis aure admota ſonitū
fodientium captabāt:quē ubi acceperūt:apiunt rectā in cuniculū uiā:nec fuit magni opis momēto.n.
ad inanē ſuſpenſo furculis ab hoſtibus muro ꝑuenerūt:ibi cōmiſſis opibus cū e foſſa in cuniculū pate/
ret iter:primo ipſis ferramētis:q̄bus in ope uſi erāt:dein celeriter armati ēt ſubeuntes occultam ſub ter
ram æddiderunt pugnā:ſegnior deīde ea facta ē īter ſepiētibus cuniculum:ubi uellēt:nunc ciliis p̄tentis:
nunc foribus raptim obiectis.Noua ēt haud magni opis aduerſus eos:q̄ in cuniculo erant: excogitata
res eſt:dolium a fundo ꝑtuſum:qua fiſtula modica inſeri poſſet:& fiſtulā ferream operculumqꝫ doli
ferreum:& ipſum pluribus locis ꝑforatum fecerunt:hoc tenui pluma cōpletum dolium ore in cunicu
lum uerſo poſuerunt:ꝑ operculi foramina p̄longæ haſtæ:quas ſariſſas uocāt:ad ſummouēdos hoſtes

eminebant:ſcītillam leuem ignis īditam plumæ folle fabrili ad caput fiſtulæ īpoſito flando accēderūt:
inde non ſolum magna uis fumi:ſed acrior ēt fœdo quodam nidore ex aduſta pluma cum totum cuni
culum compleſſet:uix durare quiſq̃ intus poterat.Cum in hoc ſtatu res ad Ambraciam eſſet: legati ab
ætolis Phaneas:& Damocles cum liberis mandatis decreto gentis ad conſulē uenerunt: nam ꝓtor eo-
rum cum alia parte Ambraciam oppugnari cerneret:alia īfeſtam orā nauibus eē hoſtium:alia Amphi-
lochos Dolopiamq; a macedonibus uaſtari:nec ætolos ſimul ad tria diuerſa bella occurſantes ſufficere
conuocato concilio ætolos principes:quid agendum eſſet:conſuluit:oīum eo ſententiæ decurrerunt:ut
pax:ſi poſſet:æquis:ſi minus tolerandis conditionibus peteretur. Antiochi fiducia bellum ſuſceptum:
antiocho terra mariq; ſuperato & prope extra orbē terræ ultra iuga tauri exacto:q̃ ſpē eē ſuſtinendi bel
li?Phaneas & Damocles quod e re ætoloꝝ:ut in tali caſu fideq; ſua eſſe cenſerent:agerent: quod.n. ſibi
conſilium aut cuius rei electionem a fortuna relictā?Cum his mandatis miſſi orauere conſulem:ut mi
ſereretur gentis quondam ſociæ:nolle dicere iniuriis miſeriæ certæ coactæ īſanire:non plus mali meri
tos ætolos antiochi bello:q̃ boni ante cum aduerſus Philippũ bellatum ſit: feciſſe: nec tum large gratiā
relatam ſibi:nec nunc īmodice pœnam iniungi debere. Ad ea conſul reſpondit magis ſæpe: q̃ uere nūq̃
ætolos pacem petere:imitarēt antiochum in petenda pace:quē in bellū traxiſſent: non paucis urbibus
eum:de quaꝝ libertate certatum ſit:ſed omni aſiacis tauꝝ montem opimo regno exceſſiſſe:ætolos ni
ſi inermes de pace agentes non audituꝝ ſe arma illis prius equoſq; oēs tradendos eſſe:deinde mille ta-
lentum agenti populo ro.dandum:cuius ſummæ dimidium ꝑſens numerarēt: ſi pacem habere uellēt
ad ea adiectuꝝ ēt in fœdus:eſſe:ut eoſdem:quos populus ro.amicos atq; hoſtes habeant. Aduerſus quæ
legati & quia grauia erāt:& quia ſuorum aīos indomitos ac immutabiles nouerant: nullo reddito reſ-
ponſo domum regreſſi ſunt:ut ēt atq; etiam:quid agendū eſſet:re integra ꝓtorem & principes conſule
rent:clamore & iurgio excepti q̃d rem traherent?qualēcunq; pacem referre iuſſi: cum redirēt ambra-
ciam acarnanū inſidiis prope uiā poſitis quibus cū bellum erat:circunuenti Thyrreum cuſtodiendi de-
ducunt. Hæc mora iniecta eſt paci cum iam athenienſium rhodiorūq; legati:q ad deprecandū pro his
uenerant:apud conſulē eēnt:amynander quoq; athamanū rex fide accepta ueniret ī caſtra romana:ma
gis pro ambracia:ubi maiorē partem tpis exulauerat:q̃ pro ætolis ſollicitus: ꝑ hos certior factus conſul
de caſu legatoꝝ adduci eos a Thyrreo iuſſit:quoꝝ poſt aduētum agi cœptum eſt de pace. Aminander:
q̃d ſui maxime operis erat:īpigre agebat:ut ambracienſes cōpelleret ad deditionē:id cum ꝑ colloqa prī
cipum ſuccedens murū parum ꝓficeret:poſtremo conſulis permiſſu ingreſſus urbē ꝑtim conſilio par
tim ꝑcibus euicit:ut ꝑmitterent ſe romanis:& ætolos.C.Valerius Leuini filius: q cū ea gente primum
amicitiā pepigerat conſulis frater matre genitus eadē egregie adiuuit:ambracienſes prius pacti: ut æto-
lorum auxilia res ſine fraude emitterent:aperuerunt portas: dein ut quingenta euboica darent talenta
ex q̃bus.cc.ꝑſentia.ccc.ꝑ annos ſex pēſionibus æq̃s:captiuos ꝑfugaſq; redderent romanis: urbē nequā
formulæ ſui iuris facerent:quæ poſt id tp̄s:quo.T.Quītius traieciſſet in Græciā: aut ui capta ab roma
nis eſſes:aut uoluntate in amicitiā ueniſſet.Cephalenia inſula ut extra ius fœderis eēt.Hæc q̃q̃ ſpe ipſo-
rum aliquāto leuiora eēnt:petentibus ætolis:ut ad concilium referrēt: ꝑmiſſum:ē parua diſceptatio de
urbibus tenuit:q̃ cū ſui iuris aliq̃do fuiſſent:auelli uelut a corpore ſuo ægre patiebant:ad unū tamē oēs
accipi pacē iuſſerunt. Ambracienſes coronā auream conſuli centū & q̃nquaginta pondo dederūt:ſigna
ænea marmoreaq; & tabulæ pictæ:q̃bus ornatior ambracia:q̃a regia ibi pyrrhi fuerat:q̃ cæteræ regiōis
eius urbes erant: ſublata omnia auectaq;:nihil ꝑter ea tactum uiolatumue.Profectus ab ambracia con-
ſul in mediterranea Aetoliæ ad agros amphilochum.xxii.millia ab Ambracia eſt: caſtra poſuit:eo tan-
dem legati ætoli mirante conſule:quod morarent:uenerunt.Inde poſteaq̃ approbaſſe pacē concilium
ætoloꝝ accepit:iuſſis ꝓficiſci Romā ad ſenatum:ꝑmiſſoq; ut atheniēſes & rhodii deꝑcatores irēt: da-
to q ſimul cum iis proficiſcerent.C.Valerio fratre:ipſe in Cephaleniam traiecit.Præoccupatas aures ani
moſq; principum Romæ criminibus Phillippi inuenerunt:q ꝑ legatos:ꝑ litteras Dolopas Amphilo-
choſq; & Athamaniā ereptas ſibi querēt:ꝑſidiaq; ſua poſtremo ēt filiū Perſea ex Amphilochis pulſum
auerterat ſenatum ab audiēdis ꝑcibus eoꝝ:rhodii tamē & atheniēſes cum ſilētio auditi ſunt. Atheniē-
ſis legatus Leon Iceſiæ filius eloquētia ēt dicit mouiſſe:q uulgata ſimilitudine mari tranq̃llo:quod uen
tis concitaret:æquiparando multitudinē ætoloꝝ uſus cum fide romanæ ſocietatis māſiſſent: inſita gē
tis tranquilitate:q eſſe eos aiebat:poſteaquā flare ab Aſia Thoas & Dicæarchus:ab Europa Meneſtas &
Democritus cœpiſſent:tum illam tempeſtatē coortam:quæ eos apud Antiochum ſicuti ad ſcopulum
intuliſſet.Diu iactati ætoli tandē ut ad condiciones pacis conuenirēt:effecerunt:fuerunt aūt hæ. Impe-
rium maieſtatēq; Po.Ro.gens ætoloꝝ conſeruato ſine dolo malo:ne quē exercitum: q aduerſus ſocios
amicoſq; eorum ducet:ꝑ fines tuos tranſire ſinito:neue ulla ope iuuato. Hoſtes eoſdem habeto: quos
Po.Ro.armaq; ī eos ferto:bellumq; pariter gerito:ꝑfugas fugitiuos captiuos reddito romanis ſociiſq;:
præterquā ſiqui capti cum domos rediſſent:iterū capti ſunt:aut ſiqui eo tp̄e ex iis capti ſunt:q tum ho-
ſtes erant romanis:cum ītra ꝑſidia romana ætoli eēnt:alioꝝ q cōparebunt: ītra dies cētum corcyræo-
rum magiſtratibus ſine dolo malo tradant:q nō comparebunt:quādo quiſq; eoꝝ primū iuentus fue-
rit:reddat:obſides quadraginta arbitratu cōſulis romani dato:ne minores.xii.annorum:neu maiores
xl.obſes ne eſto ꝓtor ꝑfectus eq̃tum ſcriba publicus:neu q̃s:qui āte obſes fuerit apud romanos.Cepha-
lenia extra pacis leges eſto:de pecuniæ ſumma quā penderent:pēſionibuſq; eius nihil ex eo: quod cum
cōſule cōuenerat mutatum:pro argento:ſi aurum dare uellent:dare conuenit:dum pro argenteis decē

Aetolorū deꝑcatores

Ambracia Pyrrhi regia fuit

Quod argẽteis nũmis ualeret aureus

aureus unus ualeret:quæ urbes:q agri:q hoĩes ætolorum iuris aliquãdo fuerunt:qui eorum.T.Quin/
tio.Gn.Domitio conſulibus poſt ue eos conſules aut armis ſubacti:aut uoluntate in deditionẽ Po.Ro.
uenerunt:neq; eos ætoli recepiſſent:uel in Aetolia eſſent:eæ urbes agriq; acarnanum ſumpto.His legi/

Fœdus cũ ætolis ictũ

bus fœdus ictum cum ætolis eſt.Eadem non æſtate ſolum:ſed etiam iis diebus:quibus hæc a.M.Ful/
uio in Aetolia geſta ſunt:conſul alter.Gn.Manlius in gallogræcia bellum geſſit:quod nũc ordiri pergã.

Bellũ cũ gallogræcis

Vere primo Epheſum conſul uenit:acceptiſq; copiis a.L.Scipione & exercitu luſtrato cõcionẽ apud
milites habuit:qua collaudata uirtute eorum quod cũ Antiocho uno prælio debellaſſent: adhortatus
eos nouum cum gallis ſuſcipiendum bellum:q & auxilio iuuiſſent Antiochum:& adeo indomita ha/
berent ingenia:ut nequicquã Antiochus emotus ultra iuga tauri montis eſſet:niſi frangerent opes gal
lorum:de ſe quoq; nec falſa:nec modica adiecit.Læti milites cum frequenti aſſenſu conſulẽ audierunt
partem uiriũ Antiochi fuiſſe gallos credẽtes: rege ſuperato nullum momentum in ſolis ꝑ ſe gallorum
copiis fore.Eumenem haud in tempore abeſſe(Romæ tum erat)credere conſul ignarus locorum ho/
minumq;:& cuius intereſt frangi illorum opes:Attalum igitur fratrem eius accerſit a Pergamo:horta
tuſq; ad capeſſendum ſecum bellum:pollicẽtem ſuam ſuorumq; operã domum ad comparãdum co/
pias dimittit:paucos poſt dies profecto cõſuli Epheſo ad Magneſiam occurrit Attalus cum mille pedi/
tibus:eqtibus.cc.Atheneo fratre iuſſo cum cæteris copiis ſubſequi:commẽdata iis cuſtodia Pergami:
quos fratri regnoq; fidos credebat.Conſul collaudato iuuene cum omnibus copiis ad mæandrum ꝓ/
greſſus caſtra poſuit:quia uado ſuperari amnis non poterat:& contrahendæ naues erãt ad exercitum
traiiciendum:tranſgreſſi mæandrum ad comenen ꝑuenerunt.Fanum ibi auguſtum Apollinis & ora/
culũ ſortes aũt uerſibus haud inconditis dare uates dicuntur:hinc alteris caſtris ad Harpaſum flumen
uẽtum ẽ:quo legati ad alabandis uenerunt:quod caſtellum ab ipſis nuꝑ deſciſſet:aut auctoritate:aut ar
mis cogeret iura antiqua pati:eodẽ & Atheneus Eumenis & Attali frater cum cretẽſi Leuſo & Corra/
go macedone uenit:mille pedites mixtaꝝ gẽtium & trecẽtos equites ſecũ adduxerũt.Conſul tribuno
militum miſſo cum modica manu caſtellũ ui receptũ alabadẽſibus reddidit:ipſe nihil uia degreſſus ad
Antiochiam ſuꝑ mæãdrũ amnẽ poſuit caſtra:huius amnis fontes Celenis oriunt.Celenæ urbs caput
quondã Phrygiæ fuit:Migratũ ide haud ꝓcul ueteribus Celenis:nouæq; urbi Apameæ nomẽ inditũ

Meãdri ortus
Celenæ
Apamea
Marſyas amnis

ab Apamea ſorore Seleuci regis:& Marſyas amnis haud ꝓcul a mæandri fontibus oriẽs in mæandrũ
cadit:famaq; ita tenet Celenis Marſyã cũ Apolline tibiaꝝ cantu certaſſe:mæander ex arce ſumma Cele
naꝝ ortus media urbe diſcurrẽs ꝑ caras primũ:deĩde ionas ĩ ſinu maris editur:quod iter Priennem &
Miletum eſt.Ad Antiochiam in caſtra conſulis Seleucus Antiochi filius ex fœdere icto cum Scipione
ad frumentum exercitui dandum uenit:parua diſceptatio de Attali auxiliaribus orta eſt : quod roma/
no tantum militi pactum Antiochum:ut daretur frumẽtum.Seleucus dicebat decuſſa ea quoq; eſt cõ
ſtantia conſulis:qui dimiſſo tribuno edixit:ne romani milites acciperent:priuſq̃ Attali auxilia accepiſ/
ſent:inde ad cordiuticos:quos uocant:proceſſum eſt:ex eo loco ad Tabas tertiis caſtris peruentum: in/
finibus pyſidarum poſita eſt urbs:in ea parte:quæ uergit ad pamphylium mare:ĩtegris uiribus regio/
nis eius feroces ad debellandum habebat uiros.Tum quoq; equites in agmen romanum eruptione fa/
cta haud modice primo impetu turbauere:deinde ut apparuit nec numero: ſe nec uirtute pares eſſe: in
urbem compulſi ueniam erroris petebant:dedere urbem parati.v.&.xx.talenta argenti:&.x.millia me
dimnum tritici imperata:ita in deditionem accepti.Tertio inde die ad chaum amnem peruentum: in/
de profecti Erizam urbem primo impetu cœperunt:ad Thabuſion caſtellũ ĩminens flumini indo uen

Indus Flu.

tum eſt:cui fecerat nomen Indus ab elephanto deiectus.Haud procul a Cybira aberant : nec legatio ul/
la ab Megeate tyrranno ciuitatis eius hoĩe ad omnia ĩfido atq; importuno ueniebat : ad tẽptãdum eius
animum.C.Manlium cum quattuormillibus peditum & quingentis eqtibus conſul præmittit: huic
agmini iam primis ingredientibus occurerunt nunciantes paratum eſſe tyrannum imperata facere:
orabant:ut pacatus fines iniret:cohiberetq; a populatione agri militem: & in corona aurea.xv.talenta
afferebant.Manlius integros a populatione agros ſeruaturũ pollicitus ire ad conſulem legatos iuſſit:
quibus eadem referentibus conſul neque romani:inquit:bonæ uoluntatis ullum ſignum erga nos ty/
ranni habemus:& ipſum talem eſſe inter oẽs conſtat:ut de pœna eius magis : q̃ de amicitia nobis cogi/
tandum ſit.Perturbati hac uoce legati nihil aliud petere:q̃ ut coronam acciperet : ueniendiq; ad eũ po/
teſtatem tyranno ac copiã loquendi ac purgandi ſe faceret:permiſſũ conſulis poſtero die in caſtra tyrã/
nus uenit ueſtitus comitatuſq; uix ad priuati modice locupletis habitum: & oratio fuit ſummiſſa & in
fracta extenuantis opes ſuas:urbiumq; ſuæ dicionis egeſtatem querentis:erant : aũt ſub eo præter Cy/
bira Muleũ & Alimnẽ quæ allimen appellatur:ex his ut ſe ſuoſq; ſpoliaret.v.&.xx.talenta ſe collecturũ
prope ut diffidẽs pollicebatur Eniuero:inquit conſul:ferri iam ludificatio iſta non poteſt:parũ eſt non
erubuiſſe abſens:cum per legatos fruſtrareris:nunc quoq; præſens in eadẽ perſtas impudentia.v.&.xx.
talenta tyrannidem tuã exaurirent? quingenta ergo talẽta niſi triduo numeras populationem in agris
obſidionem in urbe expecta.Hac denunciatione conterritus perſtare tamen in pertinaci ſimulatione
inopiæ:& paulatim illiberali adiectione nunc per cauillationem:nũc præcibus : & ſimulatis lachrymis
ad centum talenta eſt perductus:adiecta decẽmillia medimnum frumenti hæc oĩa intra dies ſex acta:a
Cybira per agros idenſium exercitus:ductus:trãſgreſſuſq; caularem amnem poſuit caſtra:poſtero die
& præter caralliten paludem agmẽ ductum ad Madamprũ manſerunt : inde progrediẽtibus ab Lago
proxima urbe metu incolæ fugerunt:uacuum hoĩbus oppidũ diripuerunt:inde ab lyſis fluminis fon/

te poſtero die ad cobulatum amnem progreſſi. Telmenſes eo tp̄e Iſiondēſium arcem urbe capta oppu-
gnabant: incluſi cum alia ſpes auxilii nulla eſſet: legatos ad conſulem orantes opem miſerunt: cum con
iugibus ac liberis in arcem incluſos ſe mortem in dies aut ferro aut fame patiendam expectare. Volen-
ti conſuli cauſa in Pamphiliam reuertendi oblata eſt: adueniens obſidione Iſiondenſes exemit: telemeſ-
ſo pacem dedit: quinquaginta talentis argenti acceptis: item aſpendiis cæteriſque Pamphyliæ populis
Ex Pamphylia rediēs ad flumen tuarum primo die: poſtero ad Sylenen: q̄ uocant Comen: poſuit caſtra
ꝓfectus inde continentibus itineribus ad Cormaſam urbem peruenit. Darſa proxima urbs erat: eā me
tu incolarū deſertam plenam oīum rerū copia inuenit: progredienti præter paludes legati ab Lyſione
dedentes ciuitatem uenerunt. Inde in agꝝ agaleſſenum uberem fertilēq; oī genere frugum uentum eſt
colunt pyſidæ longe optimi bello regionis eius: tum ea res aīos facit: tum agri fœcunditas: & multitu-
do hoīum & ſitus inter paucas munitæ urbis. Conſul: quia nulla legatio ad fines preſto fuerat: præda-
tum in agros miſit: tum demū fracta pertinacia eſt: ut ferri agiq; res ſuas uiderunt: legatis miſſis pacti
quinquaginta talentis .xx. millibus medimnum tritici .xx. hordei pacem impetrauerunt. Progreſſus
inde ad rhotrinos fontes ad uicum: quē Aporideſcomen uocant: poſuit caſtra: eo Seleucus ab Apamea
poſtero die uenit: ægros inde & inutilia impedimenta cū Apamea dimiſiſſet: ducibus iteꝝ a Seleuco ac
ceptis profectus ea die in metropilitanum campum: poſtero die Dymas phrygiæ ꝓceſſit: īde ſynnada Proceſ-
uenit metu oībus circa oppidis deſertis: quoꝝ iam ꝑæda graue agmen trahens uix quinquemillium ſus gal-
die toto itinere perfecto: ad Beundos: quod uetus appellant: peruenit: ad Antibura inde: & altero die ad loꝝ in
alexandri fontes: tertio ad abbaſſum poſuit caſtra: ibi plures dies ſtatiua habuit quia peruentum erat Aſiam
ad tholoboſtogoꝝ fines. Galli magna hoīum uis ſeu inopia agri: ſeu prædæ ſpe nullam gentem: per q̄
ituri eſſent: parem armis rati Brennone duce in dardanos peruenerunt: ibi ſeditio orta: & ad .xx. mil-
lia hoīum cum Lomnorio ac Lutario regulis ſeceſſione facta a brennone in Thraciā iter auertunt ubi
cum reſiſtentibus pugnando: pacem petentibus ſtipendium imponendo. Byzantiū cum perueniſſent
aliquandiu oram propontidis uectigalem habendo regionis eius urbes obtinuerunt. Cupido inde eos
in Aſiam tranſeundi audientes ex propinquo: quāta ubertas terræ eius eſſet. cœpit: & Lyſimachia frau
de capta Cherſonneſoque omni armis poſſeſſa: ad Helleſpōtum deſcenderunt: ibi uero exiguo diuiſis
fræto cernentibus aſiam: multo magis animi ad tranſeundum accēſi: nuncioſq; ad antipatrum præfe-
ctum eius de tranſitu mittebant: quæ res cum lentius ſpe ipſoꝝ traheretur: alia rurſus noua inter regu
los ſeditio orta. Lomnorius retro: unde uenerat: cum maiore parte hominum repetit Byzantium. Lu
tarius macedonibus per ſpeciem legationis ab Antipatro ad ſpeculandum miſſis: duas tectas naues &
tres lembos adimit: his alios atq; alios dies nocteſq; tranſuehendo intra paucos dies omnes copias tra-
iecit. Haud ita multo poſt Lomnorius adiuuante Nicomede Bythiniæ rege a Bizantio traſmiſit: co-
eunt deīde in unū rurſus galli: & auxilia Nicomedi aduerſus Zyboeā partē tenentē Bithyniæ gerenti
bellū: atq; eoꝝ oꝑa deuictus Zyboea ē: Bithyniaq; oīs in dicionem Nicomedis deceſſit. Profecti ex Bi-
thynia ī Aſiā ꝓceſſerūt: nō plus ex .xx. millibus hoīum quā decē armata erāt: tamē tantū terroris oībus
q̄cis tauꝝ īcolunt: gētibus iniecerūt, ut quas adiſſent: quaſq; nō adiſſent: pariter ultime ꝓpinquis īpe-
rio parerent. Poſtremo cū tres eēnt gentes toloſtobogi: trocini: tectoſagi: in tres partes: qua cuiq; popu
loꝝ ſuoꝝ uectigalis Aſia eēt: diuiſerūt. Trocinis Helleſpōti ora data: Toloſtobogis Aeolida atq; Ionia: Tolo-
Tectoſagi mediterranea Aſiæ ſortiti ſunt: & ſtipēdium tota cis tauꝝ Aſia exigebāt: ſedē aūt ipſi ſibi cir- ſtobogi
ca halyn flumē ceperunt: tātuſq; terror eorum noīs erat multitudine ēt magna ſobole aucta: ut Syriæ Trocini
quoq; ad poſtremū reges ſtipēdium dare nō abnuerēt. Primus regū Aſiā īcolētium abnuit: Attalus pa Tecto-
ter regis Eumenis: audaciq; īcepto ꝑter opinionem oīum affuit fortūa: & ſignis collatis ſuꝑior fuit: nō ſagi
tamē ita īfregit aīos eoꝝ: ut abſiſterēt imꝑio eiſdem opes uſq; ad bellum Antiochi cū romanis manſe
runt: tum quoq; pulſo Antiocho magnā ſpem habuerūt: qa ꝓcul mari incolerent romanū exercitū ad
ſe nō ꝑuentuꝝ. Cū hoc hoſte tam terribili oībus regionis eius: qa bellū gerēdum erat: ꝓ cōcione mili-
tes maxīe in hūc modū allocutus eſt cōſul. Nō me ꝑterit milites oīum: q̄ Aſiā colunt gētium: gallos fa- Oratio
ma belli ꝑſtare: īter mitiſſimū genus hoīum ferox natio peruagata bello ꝓpe orbē terraꝝ ſedem cepit: cōſulis
procera corpora: ꝓmiſſæ & rutilatæ comæ: uaſta ſcuta: ꝓlongi gladii: ad hoc inchoantiū ꝓlium cantus
& ululatus & tripudia: & q̄tientium ſcuta in patriū quēdam modū horrendus armoꝝ crepitus: oīa de
induſtria cōpoſita ad terrorem. Sed hæc q̄bus īſolita atq; īſueta ſunt: græci: & phryges: & cares timeāt:
romanis gallici tumultus aſſuetis ēt uanitates notæ ſunt ſemel primo cōgreſſu ad ad alliam olim fude
runt maiores noſtros: ex eo tempore ꝑ ducentos iam annos pecorum in modum cōſternatos cædunt
fugantq;: & plures quoq; de gallis triumphi: quā de toto orbe terraꝝ acti ſunt. Iam hoc cognitum eſt:
ſi primū impetum: quē feruido ingenio & cæca ira effundunt: ſuſtinueritis: fluunt ſudore & laſſitudīe
membra: labant arma: mollia corpora: molles: ubi ira cōſedit aīos ſol: puluis: ſitis: ut ferrum nō ad mo
ueas: ꝓſternunt. Non legionibus legiones eoꝝ ſolum experti ſumus: ſed uir unus cum uiro uno con-
grediēdo. T. Manlius. M. Valerius quātum gallicam rabiem uinceret romana uirtus: edocuerunt: iam
M. Mālius unus agmīe ſcandētes ī capitolium gallos detruſit: & illis maioribus noſtris cum haud du-
biis gallis ī terra ſua genitis res erat. Hi iam degeneres ſunt mixti & galli & græci: unoq; nomine gallo-
græci appellātur: ſicut in frugibus pecudibuſq;: nō tātum ſemina ad ſeruādum īdolem ualent: quātum
terræ ꝓprietas cæliq;: ſub quo aluntur: mutat. Macedones: qui Alexandriam ī Aegipto: qui Seleuciam
ac Babyloniam: quiq; alias ſparſas ꝑ orbem terraꝝ colonias habent: in ſyros: partos: Aegyptios degene

rarunt.Maſſilia inter gallos ſubtraxit aliquantulum ab accolis animoꝝ:niſi qđ ex ſpartana dura illa &
horrida diſciplina māſit:generoſius ī ſua qcq̄d ſede gignit̃:inſitum alienæ terræ in id quod alit̃:natura
uertēte ſe degenerat.Phrygas igit̃ gallicis oneratos armis:ſicut in acie Antiochi cecidiſtis: uictos uicto
res cædetis.Magis uereor:ne paꝝ inde gloriæ:quā ne nimium belli ſit. Attalus eos rex ſæpe fudit:fuga
uitq̃:Nolite exiſtimare bælluas tātum recētis captas feritatem illam ſiluestrē primo ſeruare:deinde cū
diu manibus humanis alant̃ miteſcere:in hoīum feritate mulcēda nō eādem naturā eē. Eoſdē ne hos
creditis eē:q patres eoꝝ auiq̃ fuerūt:extorres inopia agroꝝ profecti domo ꝑ aſperrimam Illyrici orā:
Pæoniā īde & Thraciā pugnādo cum ferociſſimis gētibus emēſi has terras ceperūt:duratos eos tot ma
lis exaſperatoſq̃ accepit terra:quæ copia reꝝ oīum ſaginaret:uberrimo agro:mitiſſimo cælo:clæmēti
bus accolaꝝ īgeniis oīs illa:cū q uenerāt:māſuefacta eſt feritas:nobis mehercule Martis uiris cauēda ac
fugiēda q̄primū amœnitas eſt Aſiæ:tātū hæ peregrinæ uoluptates ad extinguēdum uigorem aīorum
poſſunt:q̄tum cōtagio diſciplinæ moriſq̃ accolarum ualet.Hoc tamē fœliciter euenit:quod ſicut uim
aduerſus nos nequaq̄:ita famam apud græcos parem illi antiquæ obtinēt:cū qua uenerunt: belliq̃ glo
riam uictores eandem īter ſocios habebitis:quā ſi ſeruantes antiquū ſpecimē animoꝝ:gallos uiciſſetis.
Concione dimiſſa:miſſiſq̃ ad Epoſſognatum legatis:qui unus ex regulis & in Eumenis amicitia mā
ſerat:& negauerat Antiocho aduerſus romanos auxilia:caſtra mouit.Primo die ad Aladrum flumen:
poſtero cum ad uicū:quē uocāt Tyſco:eēt uētū:eo legati oroandēſium cū ueniſſent amicitiā petētes.cc.
talenta iis ſunt imperata:p̄cantibuſq̃ ut domum renūciarent:poteſtas facta:ducere inde exercitum cō
ſul ad Plitēdum:deīde ad Halyattos caſtra poſita.Eo miſſi ad Epoſſognatū redierūt legati reguli oran
tes:nec tectoſagis bellū īferrent:ip̄m in eā gentē ituꝝ Epoſſognatum ꝑſuaſurūq̃: ut imperata faciant.

Axylon

Data uenia regulo:duci īde exercitus per Axylon:q uocāt terram cœptus:ab re nomē habet:non ligni
modo quicq̄:ſed ne ſpinas quidem:aut ullum aliud alimētum fert ignis:fimo bubulo ꝓ lignis utunt̃.
Ad Euballum gallogræciæ caſtellū caſtra habētibus romanis apparuere cū magno tumultu hoſtiū
eqtes nec turbarunt tātū ſtatiōes romanas repēte īuecti:ſed quoſdā ēt occiderūt:q tumultus cū ī caſtra

Galloꝝ eqtū fuga & cædes

ꝑlatus:eēt effuſus repēte oībus portis eqtatus romāus fudit:fugauitq̃ gallos:& aliquot fugiētes occidit.
Inde cōſul ut q iam ad hoſtes peruentum cerneret: explorato deīde:& cum coacto agmine procedebat:
& continentibus itineribus:cum ad ſangarium flumē ueniſſet pontē:quia uado nuſq̄ trāſitus erat facer
īſtituit:ſangarius ex adoreo monte ꝑ Phrygiā fluens admiſcetur ad Bytiniam tymbri fluuio īde maior
iam geminatis aquis per Bythiniam fertur:& ī Propontidē ſeſe effundit:nō tamē tā magnitudine me

Galli ſacerdotes

morabilis quam quod piſcium accolis ingentē uim præbet.Tranſgreſſis ponte profecto flumē præter
ripam euntibus galli matris magnæ a Peſſimonte occurrere cum inſignibus ſuis uaticinantes fanatico
carmine deam romanis uiam belli & uictoriā dare imperiumq̃ eius regionis:accipere ſe omen cum di
xiſſet conſul caſtra eo ipſo loco poſuit poſtero die ad Cordiū peruenit.Id haud magnum quidem oppi
dum eſt: ſed pluſq̄ mediterraneū celebre & frequens emporiū:tria maria pari ferme diſtantia interual
lo habet:ad Helleſpōtum ad Synopen & alterius oræ littora:quæ cilices maritimi colunt: multaꝝ ma
gnarumq̃ præterea gentiū fines contingit:quaꝝ cōmertium ī eū maxime locum mutui uſus contra
xere:id tum deſertū fuga incolaꝝ oppidum refertū idem copia reꝝ oīum inuenerūt . Ibi ſtatiua haben
tibus legati ab Epoſſognato uenerunt nunciātes profectum eum ad regulos galloꝝ nihil æqui īpetraſ
ſe ex campeſtribus uicis agriſq̃ frequētes migrare:& cum coniugibus ac liberis:quæ ferre ac agere poſ
ſent:præ ſe agētes: portanteſq̃ olympū mōtē petere:ut īde armis locorūq̃ ſitu ſeſe tueant̃.Certiora po
ſtea oroandēſium legati attulerunt:tholoſtobogoꝝ ciuitatem olympū montem cepiſſe:diuerſos tecto
ſagos alios montem:qui magaua dicatur:petiſſe:trocinos cōiungibus ac liberis apud tectoſagos depo
ſitis armatoꝝ agmine toloſtobogis ſtatuiſſe auxilium ferre.Erant aūt tū triū populoꝝ reguli Ortiago
& Combolomarus:& Gaudotus:iis hæc maxime belli ratio ſumendi fuerat : quod cum mōtes editiſ

Galloꝝ cōſiliū ī trahendo bello

ſimos eius regionis tenerent:conuectis oībus:quæ ad uſum:quāuis longi tp̄is ſufficerent : tædio ſeſa
tigaturos hoſtes cenſebant:nā neq̃ auſuros per tam ardua atq̃ iniqua loca ſubire eos : & ſi conarentur
uel parua manu prohiberi aut deturbari poſſe:nec quietos in radicibus gelidorum montium ſedentes
frigus aut inopiam laturos:& cum ipſa altitudo locoꝝ eos tutaretur foſſam quoq̃ & alia munimenta
uerticibus iis:quos inſederāt.circuniecere:minima apparatus miſſilium tæloꝝ cura fuit:quod ſaxa aſ
fatim præbituram aſperitatē ipſam locoꝝ credebant.Conſul quia non cōminus pugnā : ſed procul lo
cis expugnandis futurā præceperat aīo:ingentem uim piloꝝ uelitarium haſtaꝝ ſagyttarum glandiſq̃
& modicoꝝ:qui funda mitti lapidum poſſent:parauerat īſtructoſq̃ miſſilium apparatu ad olympum
montem ducit:& a quinq̃ ferme millibus locat caſtra.Poſtero die cum quadringētis equitibus & At
talo ꝓgreſſum eum ad naturam montis ſitumq̃ gallicoꝝ caſtroꝝ uiſcēdum:equites hoſtium duplex
numerus effuſus e caſtris in fugam auerterunt:occiſi quoq̃ pauci fuginetium: uulnerati plures.Tertio
die cum oībus ad loca exploranda profectus:quia nemo hoſtiū extra munimenta proceſſit : tuto circū

Cōſilio ro.cōſulis ī gallis oppugnādis

uectus montem animaduertit meridiana regione terrenos & placide accliuos ad quēdā finem colles
eſſe ſeptentrione ardue ereptas prope rupes atq̃ oībus ferme aliis īuias itinera tria eſſe unum medio
monte qua terrena erant:duo difficilia ab hyberno ſolis ortu:& ab æſtiuo occaſu . Hæc contemplatus
eo die ſub ipſis radicibus poſuit caſtra poſtero die ſacrificio facto cum primis hoſtiis litaſſet : trifariam
exercitum diuiſum ducere ad hoſtem ꝑgit:ipſe cum maxima parte copiarum: qua æquiſſimum aditū
p̄bebat mons:aſcendit:&.L.Manlium fratrem ab hyberno ortu:quoad loca patiantur:& tuto poſſit ſu.

bire iubet:ſiqua ꝑiculoſa & ærūpta occurrant:non pugnare cum iniquitate locorum:neqꝫ inexuperabi
libus uim afferre:ſed obliquo monte ad ſe declinare:& ſuo agmini coniungi.C.Heluiū cum tertia par/
te circunire ſenſim per infima montis:deinde ab æſtiuo occaſu erigere agmen:& Attali auxilia trifariā
æquo numero diuiſit:ſecum eſſe ipſum iuuenem iuſſit:equitatum cum elephantis in proxima tumu/
lis planicie reliquit:edictū præfectis:ut intenti:quid ubiqꝫ geratur:animaduerterant:opemqꝫ ferre:quo
poſtulent res:properent.Galli & ab duobus lateribus ſatis fidentes inuia eſſe:ab ea parte : quæ in meri/
diem uergeret:ut armis clauderent uiam:quattuor fere millia armatorum ad tumulum imminentem
uiæ minus mille paſſuum a caſtris occupandum mittunt:eo ſe rati uelut caſtello iter īpedituros.Quod
ubi romani uiderūt:expediūt ſeſe ad pugnā:ante ſigna modico interuallo uelites eunt:& ab Attalo cre/
tenſes ſagyptarii:& funditores:& thralli thraces:ſigna peditum ut per arduum leui gradu ducūtur : ita
præ ſe habentium ſcuta:ut miſſilia tantum uitarent:pede collato non uiderētur pugnaturi . Miſſilibus
ex interuallo loci p̄lium commiſſum:& primo pares gallos loco adiuuante romanos uarietate & copia
tæloꝝ:procedente certamine nihil iā æqui erat:ſcuta longa cæteꝝ ad amplitudinē corpoꝝ parū lata:&
ea ipſa plana male tegebant gallos:nec iā tæla alia habebant p̄ter gladios:quorum cum manū hoſtis nō
confereret:nullus uſus erat:ſaxis nec modicis:ut quæ non p̄paraſſent:ſed quod cuiqꝫ trepidanti ad ma/
num ueniſſent:ut inſueti nec arte:nec uiribus adiuuantes ictum utebantur:ſagiptis glande iaculis īcau/
ti & ab omni parte configebant:nec q̄d agerent:ira & pauore obcæcatis animis cernebant:& erant de/
præhenſi genere pugnæ:ī quod minime apti ſunt:non quemadmodum cōminus ubi inuicem pati &
inferri uulnera licet:accendit ira animos eorum:ita ubi ex occulto & procul leuibus tælis uulnerantur: Art.
nec quo ruant:cæco impetu habent:uelut feræ tranſfixæ in ſuos temere incurrunt : detegebat uulne/ atrox
ra eorum:& quod nudi pugnant:& ſunt fuſa & candida corpora:ut q̄ nunquam niſi in pugna nudent: ſpecta/
ita & plus ſanguinis e multa carne fundebatur:& fœdiores patebant plagæ:& cādor corporum magis culum
ſanguine atro maculabatur ſed nō tā patētibus plagis mouētur:interdū īſecta cute:ubi latior quā altior
plaga eſt:& etiā glorioſius ſe pugnare putant:idē cum aculeus ſagiptæ aut glandis abditæ introrſus te/
nui uulnere ī ſpeciē urit:& ſcrutantis:quæ uellant tælū:non ſequitur:tum in rabiem & pudorem tam
paruæ perimentis peſtis uerſi proſternunt corpora humi:ſicut paſſim procumberent:alii ruentes ī ho
ſtem undiqꝫ configebantur:& cū cōminus uenerant:gladiis a uelitibus trucidabantur:hic miles tripe/
dalē parmam habet:& in dextera haſtas:quibus eminus utitur:gladio hiſpanenſi eſt cictus:quod ſi pe
de collato pugnandum eſt:tranſlatis in leuam haſtis ſtringit gladium.Pauci ſupererant iam gallorum: Velita/
qui poſteaquam ab leui armatura ſuperatos ſe uiderunt & ſtare legionum ſigna:effuſa fuga caſtra repe ris ar/
tunt pauoris & tumultus iam plena:ut ubi fœminæ pueriqꝫ & alia imbellis turba permixta eſſet:roma matura
nos uictores deſerti fuga hoſtium acceperunt tumuli.Sub idem tempus.L.Manlius &.C.Heluius : cū
quo ad uiam colles obliqui dederunt:aſcendiſſent:poſteaquam ad inuia uentum eſt:flexere iter in par/
tem montis:quæ una habebat iter:& ſequi conſulis agmen modico uterqꝫ interuallo:uelut ex compo
ſito cœperunt:quod primo optimum factū fuiſſet:in id neceſſitate ipſa compulſi:ſubſidia enim in tali/
bus iniquitatibus locorum maximæ ſpei ſuis fuerant:ut primis forte deturbatis ſecundi & tegant pul
ſos:& integri pugnam excipiant.Conſul poſteaquam ad tumulos ab leui armatura captos prima ſigna
legionum peruenerunt:reſpirare & cōquieſcere pauliſper militem iubet:ſimul ſtrata per tumulos cor/
pora gallorum oſtentat:& cum leuis armatura prælium tale ædiderit:quid ab legionibus? quid ab iu/ Galloꝝ
ſtis armis? quid ab animis fortiſſimorum militum expectari? caſtra illis capiēda eē:in quæ compulſus caſtra
ab leui armatura hoſtis trepidet: præcedere tamen iubet leuem armaturam :quæ cum ſtaret agmen terror
colligēdis per tumulos tælis:ut miſſilia ſufficerent:haud ſegne idipſum tempus conſumpſerat.Iam ca & plora
ſtris appropinquabant : & galli ne parum ſe munimenta ſua tegerent:armati pro uallo conſtiterant: tus iua/
obruti deīde omni genere tælorū:cū quo plures atqꝫ denſiores erant:eo minus uani q̄cq̄ īterciderent tæ dit
li:ītra uallum momēto temporis cōpellūtur:ſtationibus tantum firmis ad ipſos aditus portarum reli
ctis.In multitudine compulſam ī caſtra uis īgens miſſilium tælorum coniiciebatur:& uulnerari mul
tos clamor permixtus mulierum atqꝫ puerorum ploratibus ſignificabat:ī eos qui portas ſtationibus
ſuis clauſerant:legionum anteſignani pila cōiecerunt:hi uero non uulnerabātur:ſed traſuerberatis ſcu/
tis plæriqꝫ iter ſe cōſerti hærebant:nec diutius impetum romanorum ſuſtinuerūt.Patētibus iam por/
tis priuſquam irrumperēt uictores:fuga e caſtris gallorum ī oēs partes facta eſt:ruunt cæci per uias ꝑ
inuia:nulla præcipitia ſaxa:nullæ rupes obſtant:nihil præter hoſtem metuunt itaqꝫ plæriqꝫ præcipites
per uaſtam altitudinem prolapſi aut debilitati exanimantur.Conſul caſtris captis direptione præda
quibuſqꝫ abſtinet:militem ſequi:pro ſe quēqꝫ īſtare & ꝑculſis pauorem addere iubet:ſuperuenit & al/
terum cum.L.Mālio agmē:nec eos caſtra ītrare ſinit:protīus ad perſequēdos hoſtes mittit:& ipſe pau Galloꝝ
lo poſt tradita captiuorum cuſtodia tribunis militum ſequitur:debellatum ratus:ſi ī illo pauore quā caſtra
plurimi cæſi forent aut capti.Egreſſo cōſule.C.Heluius cum tertio agmine aduenit:nec cōtinere ſuos capiūt
a direptione caſtrorum ualuit:prædaqꝫ eorum iniquiſſima ſorte:qui pugnæ non īterfuerant: facta eſt.
Equites diu ignari & pugnæ & uictoriæ ſuorum ſteterūt:deīde & ipſi quantum equi in colles ſubire
poterant:ſparſos fuga gallos circa radices montis cōſectati cecidere:aut cepere.Numerus īterfectorum
haud facile iniri potuit:quia late iter omnes anfractus montium fugaqꝫ & cædes fuit:& magna pars ru
pibus inuiis ī profundæ altitudinis cōualles delapſa eſt:pars ī ſiluis uepribuſqꝫ occiſa.Claudius qui bis
pugnatum ī olympo monte ſcribit ad.lx.millia hominū auctor ē:cæſa.Valerius Antias q magis ī nu/

Atť. cæſoꝝ captorūq; galloꝝ numerum

mero augendo eſſe ſolet non plus decēmillia: numerus captiuorum haud dubie millia. xl. expleuit: qa omnis generis ætatiſq; turbam ſecum traxerant demigrātium magis quam in bellum euntium modo. Conſul armis hoſtium in uno concrematis tumulo cæteram prædam cōferre omnes iuſſit: & aut uændidit: quod eius in publicum redigendū erat: haud cum cura: ut quā æquiſſima eſſet: per milites diuiſit: laudati quoq; ꝓ cōcione oēs ſunt: donatiq; ꝓ merito qſq; ante oēs Attalus ſummo cæteꝝ aſſenſu: nā ſingularis eius uiri tū uirtus & induſtria in oībus laboribus periculiſq;: tum modeſtia etiā fuerat.

Supererat bellum integrū cū tectoſagis: ad eos ꝓfectus cōſul tertiis caſtris Angirā nobilē ī illis locis urbē ꝑuenit unde hoſtes paulo plus. x. millia aberant: ubi cū ſtatiua eēnt: facinus memorabile a captiua factū eſt. Oriſgontis reguli uxor forma eximia cuſtodiebať inter plures captiuos: cui cuſtodiæ cēturio præerat & libidinis & auariciæ militaris: is primo animū temptauit: quē cū abhorrentem a uolūtario uideret ſtupro: corpori: quod ſeruum fortuna erat: uim fecit: deinde ad leniēdam īdignitatem iniuriæ ſpē reditus ad ſuos mulieri fecit: & ne eā quidem ut amans gratuito certo auri pondere pactus: ne quē conſcium ſuoꝝ haberet: ipſi ꝑmittit: ut quē uellet: unū ex captiuis nuncium ad ſuos mitteret: locū ꝓpe flumē conſtituit: quo duo nec plus neceſſarii captiuæ cū auro uenirēt nocte inſequēti ad eā accipiendā: forte ipſius mulieris ſeruus inter captiuos eiuſdē cuſtodiæ erat: hunc nunciū primis tenebris extra cuſtodiam centurio educit. Nocte inſequēti & duo neceſſarii mulieris ad conſtitutum locum & centurio cum coptiua uenit: ubi cum aurum oſtenderent: qđ ſummā talenti attici: tāti enim pepigerat: expleret: mulier līgua ſua: ut ſtringerēt: ferrū & cēturionē pēſantē aurum occiderēt: imperauit: iugulati ꝑciſum caput ipſa inuolutū ueſte ferens ad uirum Oriſgontē: q ab olympo domū effugerat: ꝑuenit: quē priuſq complecterer: caput centurionis ante pedes eius abiecit: mirantiq; cuiuſnam id caput hominis: aut qđ id facinus haudquaquā muliebre eſſet: & iniuriam corporis: & ultionem uiolatæ per uim pudicitiæ cōfeſſa uiro eſt: aliaq; ut traditur: ſanctitate & grauitate uitæ huius matronalis facinoris decus ad ultimū conſeruauit.

Atť. muliebre facibus

Angiram ī ſtatiua tectoſagum oratores ad conſulem uenerunt petentes: ne ante caſtra moueret: quam collocutus cum ſuis regibus eſſet: nullas condiciones pacis iis non bello fore potiores: tempus ī poſterum diē conſtituitur: locuſq;: q maxime medius īter caſtra gallorum & Angiram eſt uiſus. Quo cum cōſul ad tēpus cum ꝓſidio qngentoꝝ equitū ueniſſet: nec ullo gallorum ibi uiſo regreſſus ī caſtra eēt oratores iidē redeunt excuſantes religione obiecta uenire reges non poſſe: principes gentis: ꝑ quos æque res tranſigi poſſet: uenturos: conſul ſe quoq; Attalum miſſurum dixit. Ad hoc colloquium utrinq; uētum ē: trecētos equites Attalus ꝓſidii cauſa cum adduxiſſet: iactæ ſunt pacis condiciones: finis rei: quia abſentibus ducibus imponi non poterat: cōuenit: uti cōſul regeſq; eo loco poſtero die congrederētur: Fruſtratio galloꝝ eo ſpectabat: primum ut terrerent tēpus: donec res ſuas: cū qbus ꝑiclitari nolebant: cū cōiugibus ac liberis trans halyn flumē traiicerēt: deīde quod ipſi cōſuli parū cauto aduerſus colloquii fraudē inſidiabantur: mille ad eā rē ex omni numero audaciæ expertæ delegerūt eqtes: & ſucceſſiſſet fraus: ni ꝓ iure gētiū: cuius uiolādi cōſiliū initum erat: ſtetiſſet fortuna: pabulatores lignatoreſq; romani ī eā partē: ī qua colloquiū futuꝝ erat: ducti ſunt: tutius id futurū tribunis ratis: qa cōſulis ꝓſidiū & ipſum ꝓ ſtatione habituri erāt: hoſti oppoſiti: ſua tamē alterā ſtationē ꝓpius caſtra ſexcentoꝝ equitū poſuerūt. Cōſul affirmāte Attalo uēturos reges & trāſigi rē poſſe: ꝓfectus e caſtris cū eodē: quo antea ꝓſidio equitū qngentoꝝ fere ꝓceſſit: ſed cū nec multū a cōſtituto loco abeſſet: repēte cōcitatis eqs cum īpetu hoſtili uidet gallos uenientes: cōſtituit agmē & expedire tæla aīoſq; equitibus iuſſis: primo conſtāter initiū pugnæ accepit: nec ceſſit: deīde cum ꝑgrauaret multitudo cedere ſenſim nihil confuſis turmaꝝ ordinibus cœpit: poſtremo cū iā plus in mora ꝑiculi: quā in ordinibus conſeruādis ꝓſidii eēt: omnes paſſim in fugā effuſi ſunt.

Gallici eqtatus īſidiæ

Tū uero īſtare diſſipatis galli: & cædere: magnaq; pars oppreſſa foret: ni ſtatio pabulatoꝝ ſexcēti eqtes occurriſſent: ii ꝓcul clamore pauido ſuoꝝ audito: cū tæla equoſq; expediſſent: integri ꝓfligatā pugnā acceperūt: itaq; uerſa extēplo fortuna ē: uerſus in uictores a uictis terror: & prīo īpetu fuſi galli ſunt: & ex agris concurrebāt pabulatores & undiq; obuius hoſtis gallis erat: ut ne quidē fugā facilē aut tutam haberent: quia recētibus equis romani feſſos ſequebantur: pauci ergo effugerunt captus ē nemo: maior multo pars per fidē uiolati colloquii pœnas morte luerunt. Romani ardētibus animis poſtero die omnibus copiis ad hoſtē ꝑuenerunt: biduum ad naturam mōtis per ſe ipſum explorandā: neqd ignoti eēt: abſumpſit cōſul: tertio die cū auſpicio opam dediſſet: deīde īmolaſſet: in quattuor partes diuiſas copias educit: duas ut medio mōte duceret: duas a lateribus ut aduerſus cornua gallorum erigeret. Hoſtiū quod roboris erat: tectoſagi & trocini mediā tenebant aciem millia hominum quīquaginta: equitatum quia equoꝝ nullus inter inæquales rupes uſus erat: ad pedes deductum. x. millia hominum ab dextero locauerunt cornu: Ariaratis cappadoces & morzi auxiliares in leuo quattuor ferme millium numerum explebant.

Acies numerus gallorum

Conſul ſicut in olympo mōte prima acie locata leui armatura: tæloꝝ oīs generis: ut æque magna uis ad manum eēt: curauit: ubi appropinquarunt oīa eadē utrinq;: q̄ fuerant in priore ꝓlio erant: ꝑter animos & uictoribus ab re ſecunda auctos & hoſtibus fractos: quia & ſi non ipſi uicti erant: ſuæ gentis hominum cladem pro ſua ducebāt. Itaq; a paribus initiis cœpta res eundem exitum habuit: uelut nubes leuium tælorum coniecta obruit aciem gallorum: nec aut procurrere quiſquā ab ordinibus ſuis: ne nudarent: undiq; corpus ad ictus audebant: & ſtantes quo denſiores erāt: hoc plura uelut deſtinatū petentibus uulnera accipiebant. Conſul iā ꝑ ſe turbatis ſi legionū ſigna oſtendiſſet: uerſuros extēplo ī fugā oēs ratus: receptis inter ordines uelitibus & alia turba auxilioꝝ aciē ꝓmouit. Galli & memoria toloboſtogoꝝ cladis territi: & inhærentia corporibus ge

rentes tæla:feſſiqꝫ & ſtando & uulneribus:ne primū qdem īpetū & clamorē romanoꝝ tulerunt: fuga ad caſtra īclinauit:ſed pauci ītra munimēta ſeſe recepere:pars maior dextera leuaqꝫ palati:q̄ queqꝫ impetus tulit:fugerūt:uictores uſqꝫ ad caſtra ſecuti ceciderūt:terga deīde ī caſtris cupiditate p̄dæ hæſerūt: nec ſequebat̃ quiſq̄:ī cornibus galli diutius ſteterūt:qa ſerius ad eos p̄uentū eſt:cæterū ne primū qdem coniectū tæloꝝ tulerunt.Conſul q̄ īgreſſos ī caſtra ab direptione abſtrahere nō poterat:eos q̄ in cornibus fuerant:protinus ad ſequēdos hoſtes miſit:p̄ aliquantū ſpatiū ſecuti nō plus tamē octomillia hominū ī fuga:nā pugna nulla fuit:ceciderunt:reliq̄ flumē halyn trāſierūt.Romanoꝝ magna pars ea nocte ī hoſtiū caſtris manſit:cæteros ī ſua caſtra conſul reduxit:poſtero die captiuos p̄dāqꝫ recenſuit:q̄ tanta fuit:quanta auidiſſima rapiendi gens cū cis montē taurū oīa armis per multos tenuiſſet annos coaceruare potuit.Galli ex diſſipata fuga paſſim congregati magna pars ſaucia ut inermes:nudati oībus rebus oratores de pace ad conſulē miſerunt: eos Manlius Epheſum uenire iuſſit:ipſe iam enī mediū autumni erat locis gelidis propīquitate montis tauri excedere properans:uictorē exercitū ī hyberna maritimæ oræ reduxit.Dū hæc ī Aſia geruntur:ī cæteris prouīciis tranquillæ res fuerunt. Cenſores Romæ.T.Quītius Flaminius:&.M.Claudius Marcellus ſenatum perlegerunt:prīceps ī ſenatum tertiū lectus.P.Scipio Africanus:quattuor:ſoli p̄teriti ſunt:nemo curuli uſus honore:& ī eq̄tatu recēſendo mitis admodum cēſura fuit:ſubſtructionem ſuper æq̄melium ī capitolio:& uiam ſilice ſternēdam a porta capena ad Martis ædem locauerunt.Cāpani:ubi cēſerētur:ſenatum conſuluerūt:decretum uti Romæ cenſerētur.Aquæ īgentes eo anno fuerunt:tyberis duodecies campum martiū planaqꝫ urbis īundauit.Ab.Gn.Manlio conſule bello ī Aſia cum gallis perfecto:alter conſul.M.Fuluius p̄domitis ætolis cum traieciſſet ī Cephaleniam:circa ciuitates īſulæ miſit p̄cunctatum utrum ſe dedere romanis.an belli fortunā experiri mallent:metus ad oēs ualuit:ne deditionē excuſarēt:obſides īde īperatos p̄ uiribus inopis populi:uicenos autē granonii:& phalēſes:& ſamei dederūt.Inſperata pax Cephaleniæ affulſerat cum repente una ciuitas īcertum:quā ob cauſam ſamei deſciuerunt:qa opportuno loco urbs poſita eſſet:timuiſſe ſe aiebant:ne demigrare cogerētur ab romanis:cæterū ipſi ne ſibi confixerīt metū:& timore uano quietū excitauerīt malū:an iactata ſermonibus res apud romanos p̄lata ad eos ſit:nihil cōperti eſt:niſi qd̾ datis iā obſidibus repente portas clauſerūt:& ne ſuoꝝ qdem p̄cibus:miſerat enim ſub muros conſul ad tēptandū miſericordiā parētū populariūqꝫ:deſiſtere ab īcepto uoluerūt. Oppugnari deīde:poſteaq̄ nihil pacati reſpondebatur:cœpta urbs eſt:apparatum oēm tormentorum machinarumqꝫ trāſuectum ab Ambraciæ oppugnatione habebat:& opera:q̄ faciēda erant:impigre milites perfecerūt: duobus igit̃ locis admoti arietes quatiebant muros.Nec ab ſameis q̄cquā quo aut opera:aut hoſtis arceri poſſet:p̄termiſſum ē:duabus tamē maxīe reſiſtebant rebus:una īteriorē ſemp̄ iuxta uallum p̄ diruto nouū obſtruētes murū:altera eruptionibus ſubitis nūc ī opera hoſtiū:nūc in ſtationes:& plærūqꝫ iis p̄liis ſup̄iores erant.Vna ad terrēdos inuēta haud memorata res ē:cētum funditores ab Egio:& Patris:& Dymis acciti:a pueris ii more quodā gentis ſaxis globoſis:qbus ferme harenæ īmixtis ſtrata littora ſunt:funda ī mare apertū īceſſentes exercebant̃:itaqꝫ lōgius certiore & ualidiore ictu: quā balearis funditor eo tælo uſi ſunt:& ē nō ſimplicis habenæ:ut balearica aliarūqꝫ gentiū funda:ſed triplex ſcutale crebris futuris duratū:ne fluxa habæna uolutet̃ ī iactu glans:ſed librata cū ſederit:uelut neruo miſſa excutiat̃:coronas modici circuli magno ex īteruallo loci aſſueti traiicere:nō capita ſolū hoſtiū uulnerabant:ſed quē locū deſtinaſſent oris.Eæ fundæ ſameos cohibuerūt:ne tā crebro:neue tā audacter erumperēt:adeo ut p̄carent̃ ex muris achæos:ut parūp aſcēderēt:& ſe cū romanis ſtationibus pugnātes q̄ete ſpectarēt:q̄ttuor mēſes obſidionē ſamei ſuſtinuerūt:cū ex paucis quottidie aliq̄ eoꝝ caderēt:aut uulnerarent̃:& q̄ ſuparēt:feſſi:& corporibus & aīs eēnt:romani nocte p̄ arcē:quā cyatiden uocāt:nā urbs in mare deuexa ī occidētē uergit:muro ſuperato ī forū p̄uenerunt.Samei poſteaq̄ captā partē urbis ab hoſtibus ſenſerūt:cū cōiugibus ac liberis ī maiorē refugerūt arcem:īde poſtero die dediti:direpta urbe ſub corona oēs uenierūt.Cōſul cōpoſitis rebus Cephaleniæ p̄ſidio īpoſito ī Peloponneſum iādiu accerſentibus egiēſibus maxīe ac lacedæmoniis traiecit.Egiū a p̄ricipio achaici cōcilii ſemp̄ cōuentus gentis indicti ſunt:ſeu dignitati urbis id:ſeu loci opportuniati datū ē:hunc morē Philopœmenes ī eo primū anno labefactare conatus:legē parabat ferre:ut ī oībus ciuitatibus:q̄ achaici cōcilii eēnt:īuicē conuētus agerētur:& ſub aduētum cōſulis Demiurgis ciuitatū q̄ ſummus ē magiſtratus Egiū euocātibus (Philopœmenes p̄tor tū erat) Argos conuētū edixit:quo cum appareret oēs fere cōuēturos:cōſul quoqꝫ q̄q̄ egiēſium fauebat cauſæ:Argos uenit:ubi cū diſceptatio fuiſſet:& rē inclinatam cerneret:īcepto deſtitit. Lacedæmonii deīde eū in ſua certamina auerterūt:ſollicitā eā ciuitatē exules maxīe habebāt:quoꝝ permagna pars ī maritimis laconicæ oræ caſtellis:q̄ oēs adepti erant:habitabāt:id ægre patiētes lacedæmonii ut aliquē libeꝝ ad mare haberēt aditū: ſiq̄do Romā alioue:quo mitterēt legatos:ſimulqꝫ ut emporiū & receptaculū peregrinis mercibus ad neceſſarios uſus eēt:nocte adorti uicū maritimū noīe Lamin improuiſo occupauere.Vicani quiqꝫ:ibi exules habitabant:prīo īopinata re territi ſunt: deīde ſub lucē congregati leui certamine expulerunt lacedæmonios:terror tamē omnem maritimam oram p̄uaſit: legatoſqꝫ cōmuniter & caſtella omnia uiciqꝫ & exules:qbus ibi domicilia erant: ad achæos miſerunt. Philopœmenes prætor iam īde ab initio exulum cauſæ & amicus & auctor ſemper achæis minuendi opes & auctoritatem lacedæmoniorum concilium quærentibus dedit:decretumqꝫ referēte eo factum eſt:cū in fidē achæorū tutelamqꝫ.T.Quītius & romani laconiæ oræ caſtella & uicos tradidiſſent: ut cū abſtinere his ex fœdere Lacedæmonii deberent:Lamis uicus oppugnatus eſſet:cædeſqꝫ ibi facta:q̄ eius

Galloꝝ fuga

Att.īgē tē p̄dā

Sameorū oppugnatio

Lacedæmoniorũ deditio

rei auctores affineſq; eſſent:niſi dederentur achæis uiolatũ uideri fœdus:ad expoſcẽdos eos legati extẽ/
plo Lacedæmonẽ miſſi ſunt:id ĩperiũ adeo ſuperbum & ĩdignũ lacedæmoniis uiſum eſt:ut ſi antiquæ
ciuitatis fortuna eẽt:haud dubie arma extẽplo capturi fuerit:maxĩe autem conſternauit eos metus:ſi ſe
mel primis ĩperiis obediẽdo iugũ accepiſſent:ne id:qđ iãdiu molireť.Philopœmenes exulibus Lacedæ
monem traderet.Furentes igitur ira trigĩta hoĩbus ex factione:cũ qua conciliorum aliqua ſocietas Phi
lopœmeni atq; exulibus erat:ĩterfectis:decreuerunt renunciandã ſocietatẽ achæis:legatoſq; extẽplo Ce
phaleniam mittendos:q conſuli.M.Fuluio quiq; romanis Lacedæmonem dederẽt:orarẽtq; eũ:ut ue/
niret ĩ Peloponneſum ad urbẽ Lacedæmonẽ ĩ fidẽ dicionẽq; Po.Ro.accipiendã.Id ubi legati ad achæos
rettulerunt:oĩum ciuitatũ:quæ eius concilii erãt cõſenſu:bellũ lacedæmoniis ĩdictũ eſt:ne extẽplo gere
retur:hyems ĩpediit:ĩcurſionibus tamẽ paruis latrocinii magis quã belli modo non terra tãtum:ſed ẽt
nauibus a mari fines eoꝝ uaſtati:hic tumultus conſulẽ Peloponneſum adduxit:iuſſuſq; eius Helin cõ/
cilio ĩdicto lacedæmonii ad diſceptandũ acciti.Magna ibi non diſceptatio modo:ſed etiã altercatio fuit:
cui cõſul cũ alia ſatis am bitioſe partẽ utranq; fouendo ĩcerta reſpondiſſet:una denunciatiõe ut bello ab
ſtinerent:donec Romã legatos ad ſenatũ miſiſſent:finẽ ĩpoſuit.Vtriq; legatio miſſa Romã eſt: exules
quoq; lacedæmonioꝝ ſuã cauſam legationemq; achæis iniunxerunt.Diaphanes & Lycortas megalo/
politani am bo pricipes legationis achæoꝝ fuerunt:q diſſidentes ĩ republica tum quoq; minime ĩter ſe
conuenientes orationes habuerunt.Diaphanes ſenatui diſceptationẽ oĩum reꝝ ꝑmittebat:eos optime
controuerſias ĩter achæos ac lacedæmõios finituros eẽ.Lycortas ex p̄ceptis Philopœmenis poſtulabat:
ut achæis ex fœdere ac legibus ſuis quæ decreſſent:agere liceret:libertatemq; ſibi illibatã:cuius ipſi au/
ctores eẽnt:præſtarent.Magnæ auctoritatis apud romãos tum gens achæorum erat:nouari tamen ni/
hil de lacedemoniis placebat:cæterum reſpõſum ita perplexũ fuit:ut & achæi ſibi de Lacedemone per/
miſſum acciperent:& lacedæmonii non oĩa conceſſa iis ĩterpretarẽtur.Hac poteſtate ĩmodice achæi ac
ſupbe uſi ſunt:Philopœmeni cõtinuatur magiſtratus:q ueris initio exercitu ĩdicto:caſtra ĩ finibus lace/
dæmonioꝝ poſuit:legatos deĩde miſit ad depoſcendos auctores defectionis:& ciuitatẽ ĩ pace futurã:ſi
id feciſſent:pollicẽs:& illos nihil ĩdicta cã paſſuros.Silẽtium præ metu cæteroꝝ fuit:quos noĩatim de/
popoſcerat:ipſi ſe ituros ꝓfeſſi ſunt:fide accepta ab legatis uim abfuturam donec cãm dixiſſent:ierunt
alii etiã illuſtres uiri & aduocati priuatis:& qa ꝑtinere cãm eoꝝ ad rempublicã cenſebãt . Nunquã alias
exules lacedæmonioꝝ achæi ſecum adduxerant ĩ firmius:qa nihil æque alienatuꝝ aĩos ciuitatis uide/
batur:tunc exercitus totius prope anteſignani exules erant:ii ueniẽtibus lacedæmoniis ad portã caſtro
rum agmine facto occurrerunt:& prĩo laceſſere iurgiis:deĩde altercatione orta cũ accenderentur iræ:fe
rociſſimi exulum ĩpetum ĩ lacedæmonios fecerunt.Cum illi deos & fidem legatorum teſtarenť:& le/
gati p̄tor ſummoueret turbas & ꝓtegeret lacedæmonios:uĩculaq; iã quoſdam iniicientes arceret: cre/
ſcebat tumultus cõcitata turba.Et achæi ad ſpectaculum prĩo concurrerunt:deĩde uociferantibus exu
libus:quæ paſſi forent:& orantibus opẽ:affirmantibuſq; ſimul nunq̃ talẽ occaſionẽ habituros:ſi eam ꝑ
termiſiſſent:fœdus qđ ĩ capitolio:qđ Olympiæ:qđ ĩ arce Athenis ſacratũ fuiſſet:irritũ ꝑ illos eẽ:priuſq̃
alio de integro fœdere obligenť:noxios puniẽdos eẽ:accẽſa his uocibus multitudo ad uocẽ unius:q:ut
ferirẽt:ĩclamauit:ſaxa coniecit:atq; ita.xvii.qbus uĩcula ꝑ tumultum iniecta erãt:ĩterfecti ſunt.lxiii.po/
ſtero die comp̄henſi:a qbus p̄tor uim arcuerat:non qa ſaluos uellet:ſed qa perire cauſa indicta nolebat:
obiecti multitudini iratæ cum auerſis auribus pauca locuti eſſent:damnati oẽs:& traditi ſunt ad ſuppli

Suppliciũ de lacedæmoniis ſumptũ

cium.Hoc metu iniecto lacedæmoniis imperatum primum:ut muros diruerent:deĩde ut omnes ex/
terni auxiliares:q mercede apud tyrannos militaſſent:terra laconica excederẽt:tum uti quæ ſeruitia ty
ranni liberaſſent:ea magna multitudo erat:ante diem certam abirent:q ibi manſiſſent:eos p̄hendendi:
uændendi:abducẽdi achæis ius eſſet.Lycurgi leges moreſq; abrogarẽt:achæorum aſſueſcerẽt legibus
inſtitutiſq;:ita unius eos corporis fore:& de oĩbus rebus facilius conſenſuros.Nihil obediẽtius fecerũt:
quã ut muros diruerẽt:nec ægrius paſſi ſunt:q exules reduci.Decretũ Tegeæ ĩ cõcilio cõmuni achæoꝝ
de reſtituendis iis factũ ẽ:& mẽtione illata externos auxiliares dimiſſos:& lacedæmõiis aſcriptos:ita.n.
uocabãt:q a tyrãnis liberati erãt:urbe exceſſiſſe ĩ agros dilapſos:priuſq̃ dimitteretur exercitus:ire p̄to/
rem cũ expeditis:& compræhẽdere id genus hominũ:& uẽdere iuræ p̄dæ placuit:multi comp̄henſi ue
nierunt:porta ex ea pecunia Megalopoli permiſſu achæoꝝ refecta eſt:quã lacedæmonii diruerãt.Ager
belbinatis:quem iniuria tyranni lacedæmoniorum poſſederant:reſtitutus eidem ciuitati ex decreto ue

M.Valerius meſſala C.Liuius ſalinator conſ.

tere achæorum quod factum erat Philippo Amyntæ filio regnante.Per hæc uelut eneruata ciuitas la/
cedæmonioꝝ diu achæis obnoxia fuit:nulla tamẽ res tanto erat damno:quam diſciplina Lycurgi : cui
per octigentos annos aſſueuerant ſublata.A concilio ubi a conſule inter achæos lacedæmonioſq; diſce
ptatum eſt.Marcus Fuluius quia iam in exitu annus erat:comitiorum cauſa profectus Romam crea/
uit conſules Marcum Valerium Meſſalam:&.C.Liuium Salinatorem.M.Aemylium Lepidum inimi
cum eo quoq; anno petentem diſceſſiſſe tradunt.Prætores inde creati.Q.Martius Philippus.M.Clau/
dius Marcellus.C.Stertinius.C.Catinius.P.Claudius Pulcher.L.Manlius Accidinus. Comitiis perfe/
ctis conſulem.M.Fuluium in prouinciam ad exercitum redire placuit:eiq; & collegæ.Gn.Manlio im/
perium ĩ annum prorogatum ẽ.Eo anno ĩ ædem Herculis ſignum dei ipſius ex decẽuiroꝝ reſpõſo &
ſeiuges ĩ capitolio aurati ab.Gn.Cornelio poſiti conſulẽ dediſſe inſcriptum ẽ:&.xii.clypea ærata ab ædi
libus curulibus.P.Claudio:&.P.Sulpicio Galba ſunt poſita:ex pecunia qua frumẽtarios ob annonam
comp̄ſſam dãnarũt & ædilis plebis.Q.Fuluius Flaccus duo ſigna aurata uno reo dãnato:nã ſeparatim